
600043240J



MONOGRAPHIA

TENTHREDINETARUM,

SYNONIMIA EXTRICATA.

EXCUDEBAT PLASSAN, VIA VAUGIRARD, N° 15.

MONOGRAPHIA TENTHREDINETARUM,

SYNONIMIA EXTRICATA.

AUCTORE

AM. LE PELETIER DE SAINT-FARGEAU,

SOCIETATIS PARISIENSIS HISTORIÆ NATURALIS MEMBRO.



PARISIIS,

APUD AUCTOREM, VIA VULGO DU BAC, Nº 53.

ET APUD F. G. LEVRAULT, BIBLIOPOLAM, VIA DICTA M. LE PRINCE, nº 31.

ATQUE ARGENTORATI, VIA DICTA DES JUIFS, nº 33.

ANNO 1823.

MONOGRAPHIA

TENTHREDINETARUM,

SYNONIMIA EXTRICATA.

PRÆLOQUIUM.

1°. *Historia Generis.*

Stabilitum à celeberrimo Linnæo Genus Tenthredo et in sectiones divisum, species inter se tam diversas complectebatur ut in eodem genere remanere non possent. Supervacuum quidem videtur hìc sectionum ab historiæ naturalis patre conditarum caracteres enumerare, dùm genera à posteris data eosdem ut notas firmiores admittant.

Post illum, in genera duo Tenthredines separavit Geoffroyus noster; Crabronem scilicet et Tenthredinem : primo antennas clavatas, secundo antennas filiformes, differentias assignavit : ratione autem antennarum articulis novem, undecim aut octodecim donatarum in tres sectiones secundum Genus divisit. Sectio 1ª in hoc imperfecta, quod antennæ quarumdam specierum triarticulatæ oculo inermi videantur et oculo armato multùm plùs quàm novem articulatæ reverà sint. Vid. Geoffr., Tenthr. n° 4.

Sectio 2ª optima et inter omnia hymenoptera caractere, ut videtur, proprio donata.

Sectio 3ª bono caractere donata; ipsa tamen ab auctoribus sequentibus in generibus rectè divisa, antennarum formâ aliis caracteribus suffultâ rationem præbente.

Non ergò respuendi Geoffroyani caracteres, si à summo usque ad imum servarentur.

Tenthredinetas in plura genera diviserunt Fabricius et Latreillius noster : hic caracterum bonorum primus auctor, ille bonis errores connectens.

Neglectis quidem præcedentium Fabricii operum ambagibus, hìc solius Piezatorum systematis analysim offeremus dùm hoc sit auctoris in Tenthredinetis extremum opus et laboris summa.

Septem genera introduxit Fabricius.

1°. Cimbex. Hoc Genus idem ac Gen. Crabro Geoffr. species complectitur antennarum, mandibularum alarumque respectu diversas, generaque indè petita aut sectiones auctoribus præbuit.

2°. Tarpa. Genus optimum servandumque.

3°. Hylotoma. Antennarum respectu sic dividitur :

a. Antennis pectinatis. At malè hic locatur Hylotoma Furcata 2æ divisioni multò affinior.

b. Antennis exarticulatis, extrorsùm crassioribus. Nullomodò omnibus hìc enumeratis speciebus convenit iste caracter : sic Hylotoma Costalis articulis distinctis gaudet. Antennas extrorsùm crassiores in nullâ specie vidi.

c. Antennis filiformibus 9-articulatis. Hìc inconsultè congeruntur species corpore brevi, crasso, antennis nunc novem, nunc reverà undecim articulatis : illæ Tenthredinibus affiniores, hæ propriis eximiis notis ab omnibus aliis Tenthredinetis distinctæ.

4°. Tenthredo. In 3 sectiones divisum genus.

1ª Antennis extrorsùm subcrassioribus : dici deberet, antennis apicem versùs crassioribus.

2ª Antennis filiformibus, 3ªque antennis subsetaceis, nullopere distingui possunt.

Hoc Genus jam speciebus oneratum numerosioribus, pe-

tunt multæ Hylotomæ Fab. 3[æ] divisionis. Indicatæ divisiones generibus condendis nullomodò aptæ, cùm sensim in speciebus earum decrescant indicati caracteres. Necesse ergo fuit alias alibì petitas notas caracteristicas afferre. Hinc innotuerunt in unam confusæ à Fabricio species, ab ovo tamen diversæ.

5°. Lyda. Genus optimum servandumque.

6°. Xyphidria. Genus optimum, ni specie heterodoxâ oneraretur.

7°. Cephus. Genus speciebus adnumeratis optimum, et antennarum caractere mutato servandum : Tenthredinetis omninò affine et à Fabricio nimis remotum.

Jurina quidem, caracteres jam stabilitos dignoscendis speciebus non sat aptos ritè videns, alios ex alarum parte caracteristicâ petitos introduxit et in generibus novem Tenthredinetas ordinavit. Alarum autem pars caracteristica cellularum duas series margini exteriori proximas, à puncto marginali ad marginem posteriorem descendentes, complectitur. Adduntur etiam ex nervis transversalibus qui ad partem caracteristicam recurrunt petitæ quædam inferioris ordinis notæ (nervi recurrentes).

1°. Tenthredo. Idem genus ac Cimbex Fab. et Crabro Geoffr. mandibularum antennarumque respectu in duas sectiones dividitur.

2°. Cryptus. A Jurinâ non dividitur. Cellula radialis appendiculata, nullâ exceptione factâ, dicitur : quæ tamen absque appendiculo simplex est in Cryptis Furcato et Angelicæ hìc ab auctore refertis.

3°. Allantus. Genus speciebus nimis abundans non subdividitur; speciebus antennis undecim et novem articulatis permixtis heterodoxum.

4°. Dolerus. Alarum et mandibularum respectu in sectiones 2 dividitur. Species in 2[a] sectione adnumeratæ non

eodem tamen omninò alarum caractere gaudent : de quo non innocuè tacet auctor.

5°. Nematus. Genus optimum servandumque.

6°. Pteronus. Alarum, mandibularum et antennarum respectu in 3 sectiones dividitur. 1ª Sectio antennarum caractere in 4 subsectiones evadit. Duas tamen hìc tantùm subesse subsectiones luce clarius est, cum individua 1ª subsectionis fæminæ sint 3ª subsectionis individuorum : idem dicendum de 2ª et 4ª subsectionibus. Ast illæ antennis articulis numerosioribus, hæ antennis 9-articulatis, inter se nimis alienæ ut in unico genere militare possint : 2ª 3ªque subsectiones solis Tenthredinetarum speciebus 9-articulatis affines sunt.

7°. Cephaleia. Genus Lydas et Tarpas Fab. complectens : genera jam antennarum respectu stabilita, hìc absque divisione congesta meritò, ut videtur, vituperamus.

8°. Trachelus. Genus idem ac Cephus Fab. et sub nomine Fabriciano servandum.

9°. Urocerus. Genus idem ac Xyphidria auctorum et omninò servandum.

Dominus Klug. (Der Gesellschaft Naturforschender Freunde, zu Berlin Magazin, annis 1807 et 1808), Tenthredinetas nostras in genera septem redegit : at manifestè Xyphidrias præsertimque Cephos ab aliis generibus multùm remotas immeritò esse voluit. Quæ deinceps in aliis operis ejusdem addiderit voluminibus nos omninò latet, nec operâ nullâ potuimus cætera illustrissimi viri opera consulere.

In Zoological Miscellany, dom. Leach. Anglus è Tenthredinetarum (Tenthredinidearum Leach.) familiâ excludit genera Cephum et Xyphidriam, respectu oviductûs exserti, tarsorum subtùs diversorum, instrumentorumque cibariorum.

1°. Instrumenta cibaria : ea non describit dom. Leach.;

dissimilia à cæteris Tenthredinetis tantùm affirmat. Non facilè tamen, ut videtur, excludas Cephos et Xyphidrias à Tenthredinetis eo caractere, si, morum curiosus, victubus inanes mori multas hymenopterorum species videas, quæ insuper plerorumque marium ad solam et unicam venerem natorum propria sors est. Mandibulis verbi gratiâ amplexum fæminæ collum retinet Halictus mas; sit in exemplar. Quid ad victum pertinent hæc instrumenta cibaria in isto mare, post coïtum statim morituro?

2°. Tarsorum caracterem diversum nec negamus, nec affirmamus, quid sint (Suckers) organa suctoria sub plantis sita nec intelligentes, nec cujus ponderis sentientes.

3°. Oviductus (ovidepositorium rectiùs nobis) exsertus et elongatus, id est abdominis anum superans, plùs minùsve in cæteris quibusdam observatur Tenthredinetis. Sic in genere Xyelâ à celeberrimo viro Dalmanno condito, eminet hoc generationis instrumentum ut in Xyphidriis; in Lydis Cimbicibusque ut in Cephis.

Generationis instrumenta eadem, eodem loco posita, ad usus eosdem desservientia, mores eosdem in hisce generibus et cæteris Tenthredinetis affirmare possum, de quibus ad definitionem infrà vide.

Tenthredinideas suas in stirpes 9 separat dom. Leach. stirpes in generibus dividit.

Stirps 1ª, Cimbex auctorum, antennarum ante clavam clavæque ipsiûs respectu in genera 6 dividitur; scilicet antennæ ante clavam articulos 5 aut 4 tantùm habent; clava subsolida est 2 vel 3-articulata secundùm dom. Leach., aut clava distinctè articulata, 1, 2 vel 3-articulata. Clava tamen hæc saltem subsolida est quæ 1-articulata, si caracterem positum intelligo. Inoculatus quidem ego, in Cimbicum antennis clavâque præcipuè, articulorum numerum nec in omnibus numerare potui nec, dùm numeravi, Lea-

chiano caracteri conformem semper inveni. Antennas in Cimbicibus plùs quàm decem-articulatas, articulis plerisque non distinctis, monentibus aliis divisionibus, methodicè dico.

Stirps 2ª Genus unicum Pergam continens.

Stirps 3ª Genus unicum Pterygophorum continens, alarum, ut videtur, caractere malè definito.

Stirps 4ª Genus unicum Lophyrum continens, alarum caractere malè definito.

Stirps 5ª Genera 2, Hylotomam scilicet et Cryptum, complectens, quorum caracteres malè definiuntur, dùm sint huic stirpi quædam propriæ species, antennis maris bipartitis simulque areolâ marginali ramulum emittente (id est cellulâ radiali appendiculatâ) donatæ. Species nostras vide.

Stirps 6ª Genera 4 continens, è quibus Gen. Athalia antennis 10-articulatis à dom. Leach. donatur, cùm reverà undecim articulis gaudeat: servandum quidem Genus cujus caracter Geoffroyo nostro innotuit. Genus Messa Nematis, Selandria Tenthredinibus, Fenusa Doleris confundenda, cum antennæ breves à mediocribus antennis, corpus breve à corpore mediocri non facilè distinguas, cæteris communibus notis.

Stirps 7ª nimis, ut videre est ex præcedentibus, 6æ analoga, genera 5 complectens. Sed invocati caracteres nullomodò in omnibus speciebus distingui possunt.

Stirps 8ª Genera 3 continens; uno latere sextæ nimis affinis, cum ex prædictis Messa Nematis omninò sit confundenda. Genus prætereà Cræsus notâ è tarsis sumptâ (eorum nempè articulo 1° elongato compresso) fundatum, nullo stabiliri modo potest, cum Tenthredinum mares non ita pauci eodem ferè caractere gaudeant: quod in speciebus videre est.

Stirps 9ª servanda genera 2 complectens.

Optimus noster Latreillius in novi Historiæ Naturalis Dictionarii editione 2ª Tenthredinetas in quindecim genera redegit : Cimbex, Perga, Hylotoma, Tenthredo, Dolerus, Nematus, Pristiphora, Cladius, Lophyrus, Pterygophorus, Megalodontes, Pamphilius, Cephus, Xyphidria et Pinicola.

Omnium horum Generum nondum edidit caracteres celeberrimus auctor, nec ordinandi rationem præbuit ex omnibus absolutam. Dolendum tamen quod Genus Tenthredo speciebus sibi propriis (quamvis Nematus Dolerusque et Pristiphora quasdam exceperint), antennis 9-articulatis jam onustum, species heterogenias articulis antennarum à decem ad quatuordecim donatas insupèr accipere cogatur. Ego quidem antennas Tenthredinum 10, 13, 14-articulatas nullas usque vidi; 11-articulatas, caractere, habitu moribusque à Tenthredinibus veris omninò diversas perfectè nosco. Xyelæ solæ articulos 12 habent. Addendum quod Tenthredinetæ nobis cognitæ in hisce generibus Latreillianis non omnes omninò militare possint.

2°. *Opusculi ratio.*

In genere Linnæano Tenthredine divisiones ego tantùm propono; genera condant oculatiores. Quas si divisiones nominibus insignitas præbeam, nemo, ut credo, mihi in criminalem ambitionem vertet, cum pleraque nomina jam imposita invenerim. Pater et ipse quidem Linnæus aliquandò generis unius divisionibus nomina peculiaria imposuit; cujus exemplo secuto, quis errare potest?

Species ut multæ hùcusque caractere distinctivo non insignitæ facilè in Musæis nomine legitimo insigniantur, quod potui effeci, nomina specifica jam imposita religiosè servans et synonimiam immensam extricans.

Jàm quasdam Musæi mei species novas in opusculo Societati Parisiensi Philomaticæ olim communicato, typis non

mandato, edideram. Verùm multò magis completa prodit hæc Monographia, numerosis speciebus in aliis Musæis inventis aucta. Sic amicissimus dom. Serville Faunæ Gallicæ mecum collaborator multas in suo præclaro Musæo servatas species communicavit. Quasdam etiam debeo dom.[is] Savigny Academiæ regiæ Parisiensis inclyto membro et Demarést benevolentissimo, Zoologiæ ad artis veterinariæ scholam professori. Easdem gratias hic accipiant dom.[i] Duponchel, Roussel, Carcel et Lebreton.

3°. *Tenthredinis physica moralisque definitio, seu imago.*

Antennæ formâ variabiles, nunc clavato-capitatæ, nunc elongato clavatæ, nunc setaceæ, nunc subsetaceæ, articulis compositæ nunc novem, nunc undecim et ultrâ, in mare et fæminâ ejusdem speciei semper nūmero æquales, ad victûs viæque investigationem subvibratiles.

Caput sæpiùs quadratum, in paucis subglobosum; latitudine thoracem sæpiùs æquans, aliquandò superans, in paucis eo strictius.

Thorax suprà partibus 4 triangularibus efformatus; anterior anticè margine elevato (lineâ anticâ) cincta, posterior scutelligera : subtùs in sternum sub abdominis basi productus.

Abdomen segmentis octo anoque, nullâ exceptione datâ, constans; 1[um] segmentum margine inferiori exciso (incisurâ) insigne (si Cimbices quosdam excipias), undè motus abdominis ad ovidepositorii usum facilior evadit : anus in utroque sexu constat : 1°. subtùs squamâ magnâ cochleariformi, in maribus integrâ et genitalia nuda sustinente, in fæminis longitudinaliter fissâ in canalem qui excipit in otio ovidepositorium aut saltem ejus basim; 2°. suprà squamâ in maribus ferè nullâ (undè genitalia mascula nuda), in fæminis apiculatâ.

Ovidepositorium fæmineum lamellis 2 cultriformibus conflatum, basi articulatâ flexilibus, serræ modo denticulatis.

Pedes è coxis magnis robustisque provenientes. Tibiæ nunc inermes, nunc aculeis 4 aut 2 in medio armatæ. Tarsorum 2 posticorum primi articuli in quibusdam maribus (et in Nemati septentrionalis utroque sexû) elongati, dilatati.

Alæ subplicatæ, nunquàm omninò planæ; superiores subtriangulares puncto spisso ad medium ferè marginem exteriorem (puncto marginali) insignitæ, cellulis efformatæ numero formâque præsertim in parte caracteristicâ variantibus; pars autem caracteristica hæc est quæ duos cellularum ordines margini exteriori propiores, à puncto marginali ad marginem inferiorem descendentes complectitur.

Larva.

Pseudo-Eruca, formâ variabilis, more Erucarum (Larvarum Lepidopterorum) vegetabilia vorans : pedibus donata nunc 6, nunc 18, 20 aut etiam 22 : anteriores nempè sex squamosi, semper exstantes, intermedii membranacei numero variabiles aut aliquandò nulli, posteriores membranacei 2 aut nulli. Quasdam pedibus 24 donatas vidisse se dicit celeberrimus Reaumurius; alias pedibus 22, posterioribus nullis, ab optimo De Geerio citatus Bergmann.

Larvas divisionum *a* et *b*, nec novi, nec notas credo.

Divisio *c* pedibus squamosis sex donata, cæteris nullis.

Divisionis *d* et *e* Larvæ non notæ.

Divisionis *f* Larvas saltem quasdam teneriorum ramulorum medullam vorare et pedibus 22 instructas esse arbitror. Vide Reaumurium, tom. 5, pl. 10, fig. 1, 2 et 3.

Divisionis *g* subdivisio 1ª pedibus 22 gaudet : subdivisio 2ª pedibus tantùm 20; subdivisionis 3ª Larva non nota.

Divisionis *h* Larva non nota.

Divisionis *i* subdivisio 1ᵃ pedes 18 habet : Tenthredinetæ tamen illi quam pro Tenthredine ustulatâ Linnæi habet et quæ certè cum cæteris hujusce subdivisionis speciebus convenit, pedes 20 tribuit De Geerius. Larvæ subdivisionum 2ᵃ 3ᵃᵉ que non notæ.

Divisionum *k*, *l* et *m* Larvæ non notæ.

Divisio *n* pedibus 22 gaudet.

Divisionum *o* et *p* Larvæ non notæ.

Divisionis *q*, subdivisio 1ᵃ Larvis non notis : subdivisio 2ᵃ pedibus 20 utitur.

Divisionis *r* Larvæ pedes 22 habent saltem in subdivisionibus 2ᵃ 3ᵃ que; 1ᵃᵉ vero et 5ᵃᵉ nullomodò, 4ᵃᵉ non satis notæ. Prætereà de Larvis earum specierum quarum cellulæ radiales nervâ rectâ separantur ambigua pedum determinatio.

Divisionis *s* Larvæ 22 pedibus donantur.

Quædam Larvæ divisionis *s* tomento pulveraceo aut pulvere vestiuntur.

Larvæ divisionis *c* aut gregariæ in telâ è sericis filamentis contextâ omnia ex eâdem matre nata individua complectente, aut solitariè in tubo sericeo vitam degunt.

Multæ prætereà species subgregariæ dùm ex ovis ejusdem matris omnibus in uno ramulo positis natæ, in hoc etiam semper victum simul quæritant : quod præsertim in divisionibus *n* et *r* sæpiùs occurrit.

Paucissimæ Larvæ in vegetabilium gallis aut ex ramulorum medullâ, cæteræ multæ è plantarum foliis victitant. Quædam etiam insignes corpore brevi, lato, depresso, lateribus appendiculato, aselliformi : quæ cui divisioni conveniant ignoramus.

Pupa.

Tenthredinetæ pleræquæ in terrâ pupæ otium subeunt : aliæ nudæ, aliæ serico simplici aut duplici involutæ.

Quædam ad ramos sericum applicant nunc simplicem nunc duplicem, foliis àliquandò subvestitum.

Sericum duplex duplici serie contextum, interiori molliore.

Metamorphosis multarum in pupam tarda, et post menses otii aliquot tantùm eveniens.

Ovum.

Tenthredineta fæmina, corticem rami (aut foliorum nervuras primarias) ovidepositorio ceu serrâ longitudinaliter findens, ova introducit. Plaga quidem hæc vi vegetationis naturali brevi tempore cooperitur et circà ova subexcrescit, undè sub eo statu Tenthredinetæ Gallinsecta quodam modo dici possunt. Unam tamen vidit accuratissimus Reaumurius quæ ova sua nervuris folii Ribis nuda arctè applicabat.

Hinc videas, lector entomophile, quàm multa in Tenthredinetarum historiâ desiderentur.

TENTHREDINETÆ.

A. Antennæ articulis pluribus quàm decem.

I. Cellulæ radiales 3; cubitales 3. Antennæ setaceæ. Ovidepositorium abdomen multùm superans.

Divisio *a*. XYELA.

II. Cellulæ radiales 2.

1. Cellulæ cubitales 4.

* Antennæ setaceæ. Ovidepositorium abdomen cylindricum superans.

Div. *b*. XYPHIDRIA.

** Antennæ setaceæ. Ovidepositorium abdomen depressum vix superans.

Div. *c*. LYDA.

*** Antennæ pectinatæ aut serratæ.

Div. *d*. Tarpa.

**** Antennæ apice crassiores. Corpus elongatum, compressum.

Div. *e*. Cephus.

***** Antennæ subclavatæ. Corpus crassum.

Div. *f*. Athalia.

2. Cellulæ cubitales 3. Antennæ subclavato-capitatæ.

Div. *g*. Cimbex.

III. Cellula radialis 1, appendiculata,

1. Cellulæ cubitales 4. Antennæ clavato-capitatæ.

Div. *h*. Perga.

2. Cellulæ cubitales 4. Antennæ maris pilosæ; fæminæ clavatæ, nudæ.

Div. *i*. Hylotoma.

3. Cellulæ cubitales 3. Antennæ fæminæ filiformes pilosæ.

Div. *k*. Ptilia.

4. Cellulæ cubitales 3. Antennæ pectinatæ aut serratæ.

Div. *l*. Pterygophorus.

IV. Cellula radialis 1, non appendiculata.

1. Cellulæ cubitales 4. Antennæ maris pilosæ, fæminæ clavato-subpilosæ.

Div. *m*. Cryptus.

2. Cellulæ cubitales 3. Antennæ maris pennatæ, fæminæ pectinatæ.

Div. *n*. Lophyrus.

B. Antennæ articulis novem.

I. Cellula radialis 1, non appendiculata.

1. Cellulæ cubitales 3. Antennæ pilosæ, articulis post 2um obliquè insertis.

Div. *o*. Cladius.

2. Cellulæ cubitales 3. Antennæ pilosæ, articulis omnibus rectis.

Div. *p*. Pristiphora.

3. Cellulæ cubitales 4. Antennæ filiformes.

Div. *q*. Nematus.

II. Cellulæ radiales 2.

1. Cellulæ cubitales 4. Antennæ filiformes, aut apicem versùs crassiores.

Div. *r*. Tenthredo.

2. Cellulæ cubitales 3. Antennæ filiformes.

Div. *s*. Dolerus.

TENTHREDINETÆ.

A. Antennarum articuli ultra decem.

a. XYELA. Dalmann. *Pinicola.* Latr. Dict. d'hist. nat., 2e édit. *Mastigocerus.* Klug.

Cellulæ radiales 3, 1a minore.

Cellulæ cubitales 3 : 1a excipit 1um nervum recurrentem, 2a 2um; 3a minor apicem alæ vix attingit.

Antennæ longiores, post articulum 3um subfractæ, articulis 12, 1o longo crasso; 2o crasso subgloboso; 3olongissimo; cæteris minutis. Anus maris elongatus. Serra fæminea ani apicem superans.

Tibiæ 4 posticæ in medio unispinosæ.

1. XYELA PUSILLA. Dalmann. — F. F., pl. 14, fig. 7. *Pinicola Julii.* Brébisson. Latr. Dict. d'hist. nat., 2e édit.

Antennæ fuscæ, subtùs testaceæ. Caput thoraxque fusca, maculis irregularibus luteis. Abdomen nigrum, ano pallidè luteo. Pedes pallidi. Alæ hyalinæ.

Serra fæminea lutea, longitudine abdomen æquat et anum dimidiâ parte superat.

Mas et fæm. V. In Sueciâ, dom. Dalmann. Fæminam ex agro Falesiaco misit dom. de Brébisson. Marem dedit benevolentissimus dom. de Bazoche. Mus. dom. Serville.

2. XYELA LONGULA. Dalmann.

Serra fæminea corporis longitudinem æquans.

Xyelâ pusillâ duplò major.

Mas? et fæm. In Sueciâ.

Nota. 1o. Has ambas species descripsit dom. Dalmann, Fascicul., Stockholm, 1819, et nomina imposuit. 2o. Speciei 2æ notitiam debemus dom. de Bazoche entomophilo optimo, Naturæ observatori perito, homini benevolentissimo, qui etiam notam de Fasciculo citato solus communicavit.

6. **Xyphidria.** Latr. Dict. d'hist. nat. — *Xyphidriæ spec.* Fab. *Hybonotus.* Klug. *Urocerus.* Jur. *Siricis spec.* Ross. de Vill. Lesk. *Siricis* et *Astati spec.* Panz.

Cellulæ radiales 2, ferè æquales : 1ª semicircularis.

Cellulæ cubitales 4 æquales : 2ª excipit 1um nervum recurrentem, 3ª 2um; 4ª apicem alæ attingit.

Antennæ setaceæ vibratiles, articulis numerosis, quorum extremi non facilè numerantur, 1° baseos 3° que longioribus.

Anus maris subelongatus. Serra fæminea ani apicem superans.

Tibiæ 4 posticæ in medio inermes.

Mandibulæ breves, latæ, 4-dentatæ.

Nota. Dom. Leach familiæ huic aliena credit genera Xyphidriam et Cephum, quod ovidepositorium sit elongatum abdomenque superet tarsique antlio, ut dicit, sint donati. At oviductorii fabrica in hisce generibus eadem ac in Tenthredinetis, usus idem; tarsique eodem modo formati quo in genere Xyelâ extant.

3. **Xyphidria camelus.** Fab., n° 1. Exclusis Rossii synonimo et fæmineâ descriptione. Ins. Lig. Fasc. 1, n° 1, tom. 1, pag. 60. — *Sirex camelus.* Panz., fig. 18. Fæmina. Exclusis Scopolii et Rossii synonimis. De Vill., n° 4, excluso Scopolii synonimo. *Urocerus camelus.* Jurine, pag. 75. Schæff. Icon. Tab. 207, fig. 5 et 6. Mala tamen, dum alas fuscas pinxit.

Antennæ nigræ, articulis 2 baseos testaceis aut fuscis. Caput nigrum, lineolis 2 verticis albidis. Thorax niger. Abdomen nigrum, segmentis 3°, 4°, 5°, 6°, 7° 8° que maculâ utrinque laterali subtriangulari albâ notatis. Pedes testacei, tarsis apice nigris. Alæ hyalinæ.

Marem simillimum asserit dom. Jurine : quod etiam ex descriptione Fabricianâ constat.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. 1°. Fæmina à cel. Fabricio descripta, *Xyphidriæ fasciatæ* convenire videtur. 2°. Rossius à cel. Fabricio et Panzero citatus *Xyphidriæ annulatæ* magis convenit. 3°. *Ichneumon ca-*

melus, Scop. à cel. Panzero et De Villers citatus *Pimplæ persuasoriæ*, Fab., n° 1, convenit.

4. Xyphidria fasciata. F. F., pl. 15, fig. 5. *Xyphidria camelus*. Fæmina. Fab., n° 1.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, ore fuscè ferrugineo, maculis 2 sub oculis alterâque post oculos et lineâ duplici verticis albidis. Thorax niger. Abdomen nigrum, segmentis 3°, 4° 5° que suprà subtùsque ferrugineis, 6°, 7° 8° que suprà tantum ferrugineis, 4°, 5° 8° que maculâ utrinque laterali albâ. Pedes ferruginei, tibiarum omnium basi albâ. Alæ hyalinæ, à medio ad apicem subfuscæ. Sic fæmina.

Mas differt : maculis sub oculis nullis, humeris ferrugineo punctatis, segmentis abdominis 3°, 4° 5° que solis ferrugineis, 3°, 4°, 5°, 6°, 7° 8° que maculâ utrinque laterali albâ : pedibus omninò ferrugineis, tibiis 2 posticis in medio fuscis.

Mas et fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

5. Xyphidria dromedarius. Fab., n° 3. — *Urocerus dromedarius*. Jurine. *Astatus dromedarius*. Panz., fig. 10. *Sirex dromedarius*. Rossi F. Etr., n° 737. De Vill., n° 10. Lesk., n° 138.

Antennæ nigræ. Caput nigrum lineolis 2 verticis albis. Thorax niger. Abdominis segmenta 1um 2um que nigra, 3um, 4um, 5um, 6um 7um que ferrugineo-testacea, 8um nigrum puncto utrinque laterali albo, ano nigro. Pedes nigri, tibiis posticis basi albis. Alæ subfuscæ.

Fæmina tantum describitur à Fab. Ross. De Vill. et pingitur à Panz.. Marem similem dicit Jurine.

Var. humeris albis, Fab. : lunulisque 2 albis ad latera postica capitis, Ross.

Mas et fæm. In Germaniâ : in Galliâ australi, De Vill.

Nota. *Xyph. emarginata* Fab. non hujus generis; *Siricis spectri* Fab. mas est.

6. Xyph. annulata. Latr. Dict. d'hist. nat., 2e édit. F. F., pl. 15, fig. 6. *Urocerus annulatus*. Jurine, p. 75, Tab. 7. *Sirex camelus*. Rossi, Faun. Etr., n° 736?

Antennæ nigræ. Caput nigrum, lunulâ verticis apice oculos attingente et cingente, lineolisque 2 post stemmata luteis. Thorax niger. Abdomen nigrum segmentis 2°, 3°, 4°, 5° 6° que maculâ utrinque laterali quadratâ luteâ notatis. Pedes nigri, genubus tarsorumque articulo 1° albis. Alæ hyalinæ.

Sic fæmina. Mas differt segmento 7° abdominis etiam luteo utrinque maculato.

Mas et fæm. V. In Galliâ. Mus. dom. Serville.

Nota. Rossi suprà citatus differt abdominis segmentis (octo) omnibus in utroque sexû, maculâ utrinque laterali flavâ acutâ notatis, pedibus in mare ferrugineis, in fæminâ luteo variis. An species altera? Marem et fæminam cepit Pisis citatus auctor.

c. LYDA. Fab. Klug. Leach. — *Pamphilius.* Latr. Enc. *Cephaleiæ spec.* Jur. *Tenthredinis spec.* Linn. De G. Schrank. De Vill. Gmel. Geoff. Fourcr. Ross. De G. Retz. Coqueb. Lesk. *Tenthredinis* et *Cephaleiæ spec.* Panz.

Cellulæ radiales 2 : 1ª semicircularis, 2ª longiore.

Cellulæ cubitales 4 ferè æquales : 2ª excipit 1um nervum recurrentem, 3ª 2um; 4ª apicem alæ non attingit.

Antennæ setaceæ, articulis numerosis distinctis, 1° baseos 3° que longioribus.

Anus maris subelongatus. Serra fæminea ani apicem subsuperans.

Tibiæ 4 posticæ in medio trispinosæ.

Mandibulæ maximæ, bidentatæ.

Nota. Larva pedibus membranaceis posticisque nullis.

7. LYDA ERYTHROCEPHALA. Fab., n° 1. Klug. Berl. Mag. 1808, pag. 280. F. Fr., pl. 14, fig. 1. — *Pamphilius erythrocephalus.* Latr. Enc., n° 1. *Tenthr. erythrocephala.* Panz., fig. 9. De Vill., n° 112, excluso De G. synonimo ad *Lydam cyaneam* pertinente. Lesk., n° 129. Gmel., n° 40. *Cephaleia erythrocephala.* Jurine, pag. 67. Schæff. Ic. Tab. 96, fig. 9.

Antennæ nigræ. Caput ferrugineum, mandibularum apice

stemmatibusque cœruleo-nigris. Thorax abdomenque cœruleo-nigra. Pedes cœruleo-nigri; anticis femorum apice tibiisque ferrugineis. Alæ violaceo-fuscæ. Sic fæmina.

Mas differt : capite cœruleo-nigro, ore ferrugineo. Latr. suprà citatus. Mares vidi capite sub antennis oreque luteis.

Mas et fæm. V. E Germaniâ. Mus. dom. Serville. Propè Lugdunum, in Pinetis. De Vill. loco citato. Mas. E Picardiâ. Mus. dom. Chevrolat : Circà Parisios dom. Doumerc.

8. Lyda cyanea. Klug. Berl. Mag. 1808, pag. 281. — *Pamphilius cyaneus*. Latr. Enc., n° 2. *Tenthr. flaviceps*. De G. Retz, n° 320. De G., n° 33. Tab. 40, fig. 19 et 20.

Antennæ nigræ. Caput luteum, maculâ frontali cœruleo-viridi. Thorax abdomen pedesque cœruleo-viridia. Alæ subfuscæ, nervuris fuscis.

Fæmin. In Sueciâ.

9. Lyda amplecta. Fab., n° 16. Klug. Berl. Mag. 1808, pag. 282. — *Pamphilius amplectus*. Latr. Enc., n° 3.

Antennæ nigræ. Caput luteum, lineâ verticali latâ nigrâ. Thorax cœruleus, puncto utrinque antico luteo. Abdomen cœruleum. Pedes lutei. Alæ hyalinæ magnæ et, ut in cæteris hujus generis, corpus amplectentes.

Sexus latet. E Carolinâ attulit dom. Bosc.

10. Lyda fausta. Klug. Berl. Mag. 1808, pag. 277. Tab. 7, fig. 5. — *Pamphilius faustus*. Latr. Enc., n° 5.

Antennæ nigræ. Caput rubiginosum. Thorax niger, anticâ parte rubiginosâ. Abdomen rubiginosum segmentis 1° 2° que et ano nigris. Pedes rubiginosi. Alæ fuscæ, apice subhyalino.

Sexus latet. In Austriâ. Klug.

11. Lyda plagiata. Klug. Berl. Mag. 1808, pag. 278. Tab. 7, fig. 6. — *Pamphilius plagiatus*. Latr. Enc., n° 6.

Antennæ nigræ. Caput luteo-testaceum, vertice nigro. Thorax niger anticâ parte luteo-testaceâ. Abdomen nigrum, dorso basi exceptâ pallidè testaceo. Pedes lutei. Alæ fuscæ.

Sexus latet. In Americâ septentrionali. Klug.

12. Lyda reticulata. Klug. Berl. Mag. 1808, pag. 272. —

Pamphilius reticulatus. Latr. Enc., n° 8. *Tenthr. reticulata.* De Vill., n° 118. Gmel., n° 46. *Cephaleia Clarkii.* Jurine, pag. 67. Tab. 7.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, clypeo, oculorum orbitâ maculisque 2 coadunitis in vertice pallidè luteis. Thorax niger, lineâ anticâ luteâ. Abdomen luteo ferrugineum, maculis magnâ anali, aliisque sex parvis tetragonis triplici serie per parim dispositis nigris. Pedes nigri. Alæ luteo fuscæ, fasciâ maculari nigro-violaceâ, nervuris luteis, apice subhyalinæ, nervuris nigro-violaceis.

Fæminam vidit Jurine. Fortè utrumque sexum dom. Latr. In Europâ septentrionali montibusque frigidis. Jurine, Latr. Klug.

13. Lyda vafra. Fab., n° 6. — *Tenthredo vafra.* De Vill., n° 117. Gmel., n° 45.

Simillima *Lydæ reticulatæ.* Differt scutelli lateribus flavis, alisque fuscescentibus, non maculosis.

A *Lydâ pratensi* differt saltem alis fuscescentibus, non hyalinis : abdominis coloribus *Lydæ reticulatæ* fortè affinis. hinc, quamvis dissentiat celeberrimus dom. Latr. (Enc. *Pamph.* n° 9) *Tenthr. vafram.* De Vill. Fab. Linn. Bergmann, speciem proponimus.

Sexus latet. In Europâ boreali.

14. Lyda punctata. Fab., n° 7. Klug. Berl. Mag. 1808, pag. 277. F. Fr., pl. 14, fig. 2. — *Pamphilius punctatus.* Latr. Enc., n° 21. *Tenthredo punctata.* Coqueb. Tab. 3, fig. 9.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, albo irregulariter maculatum, mandibulis albidis. Thorax niger, lineâ anticâ, maculis 2 dorsalibus scutelloque albidis. Abdomen nigrum, lineolis utrinque lateralibus albidis. Pedes pallidi, femoribus basi nigris. Alæ hyalinæ nervuris nigris.

Var. Capite plùs minùsve maculato.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

15. Lyda arbustorum. Fab., n° 15. Klug. Berl. Mag. 1808,

pag. 282. — *Pamphilius arbustorum.* Latr. Enc., n° 20. *Tenthr. lucorum.* De Vill., n° 130.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, ore luteo. Thorax niger humeris scutelloque albis. Abdomen nigrum segmentis 3°, 4° 5° que ferrugineis. Pedes testacei. Alæ hyalinæ puncto marginali albo maculato nervurisque fuscis.

Sexus latet. In Angliâ et Germaniâ. In Galliâ australi. De Vill.

16. Lyda hæmorrhoidalis. Fab., n° 13. Ins. Lig. Fasc. 1, n° 1, tom. 1, pag. 59. — *Pamphilius hæmorrhoidalis.* Latr. Enc., n° 25. *Tenthr. hæmorrhoidalis.* De Vill., n° 129. Gmel., n° 96.

Antennæ nigræ. Caput et thorax nigra. Abdomen nigrum ano testaceo. Pedes testacei, femoribus basi nigris.

Sexus latet. In Germaniâ et Liguriâ. In Galliâ australi. De Vill.

17. Lyda populi. Fab., n° 5. — *Pamphilius populi.* Latr. Enc., n° 26. *Tenthr. populi.* De Vill., n° 116. Gmel., n° 44.

Antennæ nigræ. Caput atro-cœrulescens, ore luteo. Thorax atro-cœruleus, lateribus luteis. Abdomen luteum dorsi maculis transversalibus nigris. Pedes nigri, tibiis anticis luteis. Alæ fuscæ.

Sexus latet. In Sueciâ. In Galliâ australi. De Vill.

18. Lyda cynosbati. Fab., n° 3. Exclusis Geoffr. et Reaum. synonimis. — *Pamphilius cynosbati.* Latr. Enc., n° 27. Exclusis Fourcr. et Geoffr. synonimis, ut ipse autumat celeberrimus auctor. *Tenthr. cynosbati.* De Vill., n° 115. Schranck., n° 689. Exclusis Reaumurii et Geoffroyi synonimis. Gmel., n° 43.

Antennæ nigræ. Caput, thoraxque nigra. Abdomen lineare nigrum. Pedes testacei, posticis nigro alboque annulatis.

Sexus latet. In Europâ.

Nota. 1°. Abdominis formâ convenire videtur cum *Lydâ alpinâ.* 2°. Reaumurius à Fabr. citatus Hylotomæ convenit.

19. LYDA? GEOFFROYI. — *Tenthredo* Geoff., n° 36. *Tenthr. cynosbati*. Fourcr., n° 42.

Antennæ nigræ. Caput nigrum. Thorax niger, puncto calloso, maculâ utrinque laterali (forte humeris), scutelloque luteis. Abdomen angustum nigrum. Pedes testacei, tibiis posticis nigris albo annulatis.

Sexus latet. Circà Parisios.

Nota. Sessiliventrem describit Geoffr. ut suprà, et antennis filiformibus multiarticulatis. Indè, si non Lyda est, ad solos Cephos vergit.

20. LYDA SALTUUM. Fab., n° 12. — *Pamphilius saltuum*. Latr. Enc., n° 28. *Tenthr. saltuum*. De Vill., n° 120. Schranck., n° 687.

Antennæ nigræ. Caput, thorax pedesque omniuò nigro-cœrulea. Abdomen croceum. Alæ fuscæ, nervuris nigris.

Sexus latet. In Sueciâ.

21. LYDA CIRCUMCINCTA. Klug. Berl. Mag. 1808, pag. 279.— *Pamphilius circumcinctus*. Latr. Enc., n° 10.

Simillima Pratensi. Differt antennis nigris, capitis thoracisque maculis et abdominis lateribus albis.

Sexus latet. In Americæ Georgiâ.

22. LYDA LUTESCENS. — *Pamphilius lutescens*. Latr. Enc., n° 17. *Tenthredo lutescens*. Panz., fig. 8. Dubium synonimum.

Antennæ nigræ, subtùs testaceæ. Caput nigrum, maculâ inter antennas, mandibulis palpisque luteis. Thorax niger, maculis tribus dorsalibus testaceis, unâ scutellari. Abdomen luteum, lateribus pallidis, segmentis 1° 2° que nigris. Pedes luteo pallidi. Alæ subfuscæ, nebulâ ad apicem fuscâ.

Sexus latet. In Germaniâ.

Nota. Figura Panz. nobis non visa : auctoritate clar. Latreille admissa.

23. LYDA SIGNATA. Fab., n° 4. — *Pamphilius signatus*. Latr. Enc., n° 24. *Tenthredo signata*. De Vill., n° 128. Gmel., n° 48.

Antennæ nigræ, subtùs pallidæ. Caput pallidum puncto ver-

tícali nigro. Thorax pallidus dorsi maculis 3 longitudinalibus scutelloque nigris. Abdomen pallidum, lineolâ basis nigrâ. Pedes pallidi.

Sexus latet. In Germaniâ. In Galliâ australi. De Vill.

24. Lyda cingulata. F. Fr., pl. 14, fig. 3. — *Pamphilius cingulatus*. Latr. Enc., n° 15.

Antennæ pallidè testaceæ, articulis 2 baseos nigris, ultimis fuscis. Caput nigrum, palpis pallidis, mandibulis testaceis, lunulâque post oculos utrinque albidâ. Thorax niger humeris scutelloque albidis. Abdomen nigrum, suprà segmentis 3ⁱ marginibus testaceo-ferrugineis, 4ⁱ 5ⁱ que testaceo-ferrugineis mangine superiori nigro; subtùs segmentorum omnium margine inferiori albido. Pedes pallidè testacei. Alæ sublutescentes, hyalinæ, nervuris nigris.

Fæm. In agro Parisiensi.

* 25. Lyda varia. F. Fr., pl. 14, fig. 4.

Antennæ ferrugineæ, subtùs pallidiores, articulo 1° luteo, suprà nigro lineato. Caput luteum, nigro varium, mandibulis luteis apice ferrugineis. Thorax niger, luteo varius, scutello luteo. Abdomen ferrugineum, segmento 1° toto, 2° basi latè, 3°, 7° 8° que basi nigris. Pedes lutei, tarsis pallidè ferrugineis. Alæ hyalinæ.

Fæmina. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

26. Lyda sylvatica. Fab., n° 2, fæm. — *Lyda nemorum*. Fab., n° 11, mas. *Lyda sylvatica*. Klug., Berl. Mag. 1808, pag. 276. F. Fr., pl. 14, fig. 5. *Pamphilius sylvaticus*. Latr. Enc., n° 19. *Tenthr. sylvatica*. Panz., fig. 10, fæm. *Cephaleia nemorum*. Panz., fig. 8, mas. *Tenthr. sylvatica*. De Vill., n° 113. Gmel., n° 41. Lesk., n° 132. *Tenthredo nemorum*. Gmel., n° 97. *Cephaleia sylvatica*. Jur., pag. 67. *Tenthr. fulvipes*. De G. Retz., n° 323. De G., n° 36. Tab. 40, fig. 23.

Antennæ luteæ, articulo 1° subtùs nigro. Caput nigrum, mandibulis testaceis palpisque et maculâ posticâ luteis. Thorax niger, puncto calloso alarum scutelloque luteis. Abdomen ni-

grum. Pedes lutei, femoribus basi coxisque nigris. Alæ hyalinæ. Sic fæmina.

Mas similis : var. clypei margine infero tenui et lineolâ interdùm interruptâ ante oculos luteis. Panz. loco citato.

Mas et fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. De Geer, ut suprà citatus, differre videtur : antennis omninò nigris, lineolis duobus, non maculâ unicâ, in capitis posticâ parte luteis, femoribus 2 tantum anticis nigris, alisque subfuscis.

27. Lyda pratensis. Fab., n° 10, Klug., Berl. Mag. 1808, pag. 274. — *Pamphilius pratensis.* Latr. Enc., n° 9. *Cephaleia pratensis.* Jurine, pag. 67.

Antennæ luteæ articulo 1° baseos nigro. Caput et thorax nigra flavo varia. Abdomen suprà nigrum lateribus latè flavis, subtùs luteum. Pedes lutei. Alæ hyalinæ.

Fæm. In Germaniâ.

28. Lyda tesselata. Klug., Berl. Mag. 1808, pag. 276. Tab. 7, fig. 4. — *Pamphilius tesselatus.* Latr. Enc., n° 14.

Antennæ luteæ, articulo 1° nigro maculato. Caput thoraxque nigra albido varia. Abdomen ferrugineum, segmentis 2 primis nigris. Pedes ferruginei femoribus suprà nigris. Alæ hyalinæ.

Sexus latet. In Americâ septentrionali. Klug.

29. Lyda aurita. Klug., Berl. Mag. 1808, pag. 275. Tab. 7, fig. 3. — *Pamphilius auritus.* Latr. Enc., n° 7.

Antennæ flavæ. Caput nigrum, clypeo et lateribus flavis. Thorax niger. Abdomen flavum, segmentis 1° 5° que et 3ⁱ dorso nigro. Pedes flavi. Alæ hyalinæ, nervuris flavis.

Mas. In Austriâ. Klug.

Nota. Similem ejusdemque sexûs ex agro Lugdunensi accepit dom. Latreille, iis tantum notis diversam : vertice luteo maculato, antennarum articulo 1° femoribusque nigro maculatis, abdominis subtùs lutei lineâ in medio nigrâ. An species diversa, vel mas *Lydæ pratensis*? Latr. loco citato.

30 Lyda flava. Fab., n° 14. — *Pamphilius flavus.* Latr.

Enc., n° 29. Excluso Reaumurii synonimo. *Tenthredo flava.* De Vill., n° 121. Gmel., n° 49.

Tota lutea oculis nigris. Corpus inflatum. Alæ subhyalinæ, puncto marginali pallidè testaceo.

Sexus latet. In Europâ boreali.

Nota. Speciem Reaumurianam non Lydam esse demonstrant, ut auctor est dom. Latreille loco citato, et figura et larva 22-poda. Athaliam hanc esse facilè crederem.

31. Lyda campestris. Fab., n° 9. Klug., Berl. Mag. 1808, pag. 273. Tab. 7, fig. 2. — *Pamphilius campestris.* Latr., Enc., n° 11.

Antennæ luteæ. Caput nigrum, maculâ ante oculos luteâ. Thorax niger, maculâ anticâ cordiformi alterâque quadratâ ad scutellum albis. Abdomen nigrum segmentis 2°, 3°, 4°, 5°, 6° que basi luteâ. Pedes lutei femoribus nigris. Alæ luteo-hyalinæ, apice fuscæ.

Marem novisse videtur Jurine, fœminam Klug.

In Germaniâ.

32. Lyda depressa. Klug., Berl. Mag. 1808, pag. 274. — *Pamphilius depressus.* Latr. Enc., n° 16. *Tenthr. depressa.* Schranck., n° 691. Excluso Geoffr. synonimo. De Vill., n° 131. Exclusis Geoffr. et De G. synonimis. Rossi Mant. F. Etr., n° 243. Dubium synonimum. Gmel., n° 98.

Antennæ luteo-testaceæ. Caput et thorax luteo varia; sterno nigro, lineâ utrinque obliquâ luteâ. Abdomen flavum. Pedes luteo-flavi. Alæ subcroceæ, nervuris croceis.

Sexus latet. In Galliâ et Austriâ.

Nota. 1°. Ad hanc refert (ut videtur, non ritè) De Vill. suprà citatus *Tenthr. flaviventrem.* De G. Retz., n° 322. De G., n° 35. Tab. 40, fig. 22. 2°. Dom. Latr. loco citato *Tenthredinem depressam* Panz., fig. 11, ad *Pamphilium* suum *depressum*, refert, differentiis tamen notatis. Mihi species Panzeriana et De Geeriana eadem videtur : sed à *Lydâ depressâ* omninò distincta. Vide infrà *Lydam flaviventrem.*

33. Lyda betulæ. Fab., n° 8. Klug., Berl. Mag. 1808, p. 273. — *Pamphilius betulæ*. Latr., n° 4. *Tenthr. fulva*. De G. Retz., n° 321. De G., n° 34. Tab. 40, fig. 21. *Cephaleia betulæ*. Jurine, pag. 67. Panz., fig. 18. *Tenthr. betulæ*. De Vill., n° 119. Schranck., n° 690. Ross. F. Etr., n° 734. Lesk., n° 130. Gmel., n° 47.

Antennæ pallidè testaceæ. Caput pallidè testaceum vertice mandibularumque apice nigris. Thorax niger, anticâ parte pallidè testaceâ. Abdomen pallidè testaceum segmenti 8^i maculâ dorsali anoque nigris. Pedes pallidè testacei. Alæ testaceo-hyalinæ. Sic fæmina.

Mas differt : colore testaceo in luteum immutato.

Mas et fæmina. In Europâ. Circà Parisios rara. Latr. loco citato.

Nota. De Geer suprà citatus differre videtur abdominis basi, segmentisque 7°, 8° que et ano (extremis tribus) nigris.

* 34. Lyda marginata.

Antennæ pallidè testaceæ. Caput pallidè testaceum vertice nigro. Thorax niger subtùs cum humeris pallidè testaceus. Abdomen suprà nigrum margine tenuissimo pallidè testaceo. Pedes pallidi. Alæ hyalinæ.

Fæm. V. In agro Parisiensi.

35. Lyda inanita. — *Lyda inanis*. Klug., Berl. Mag. 1808, pag. 278. F. Fr., pl. 14, fig. 6. *Pamphilius inanitus*. Latr. Enc., n° 13. *Tenthredo inanita*. De Vill., n° 137. Tab. 7, fig. 21.

Antennæ pallidè testaceæ. Caput nigrum, ore, maculisque suprà oculos pallidè testaceis. Thorax niger. Abdomen nigrum, segmentis 2°, 3°, 4°, 5° anoque pallidè testaceis. Pedes omninò pallidè testacei. Alæ hyalinæ nervuris fuscis. Sic fæmina.

Mas differt : antennarum articulo 1° luteo, abdomine suprà nigro segmentis 4° 5° que, 3^i maculâ utrinque laterali, posteriorum lateribus anoque pallidè testaceis, subtùs luteo : thoracis lateribus luteis ; pedibusque pallidè luteis. Latr. loco citato.

Fæm. V. In agro Campaniensi. Mus. dom. Serville. Circà Lugdunum. Latr.

Nota. 1°. Anum nigrum haud vidimus : abdomen ideò non apice omninò nigrum, saltem in nostrâ Campaniensi. 2°. Huic affinis est *Tenthredo rubi*. Fourc., n° 43. Geoffr., n° 37. De Vill., n° 33. Cujus diagnosis hæc est : antennæ fuscæ. Thorax niger, humeris scutelloque luteis. Abdomen nigrum, segmentis 2°, 3°, 4° 5° que testaceis. Pedes testacei, aut nigri albo varii.

36. Lyda arvensis. Klug., Berl. Mag. 1808, pag. 282. — *Pamphilius arvensis*. Latr. Enc., n° 18. *Cephaleia arvensis*. Panz., n° 9. Jur., pag. 67.

Antennæ luteæ, apice fuscescentes. Caput nigrum, mandibulis palpisque luteis, clypeo anticè, oculorum orbitâ, maculisque duabus verticalibus et lineis 2 post oculos ferrugineis. Thorax niger puncto calloso, lineâ anticâ punctisque 2 dorsalibus testaceis. Abdomen testaceum, dorso fusco. Pedes testacei, femoribus posticis suprà nigris. Alæ luteo-hyalinæ nervuris subfuscis.

Sexus latet. In Germaniâ.

* 37. Lyda fallax.

Antennæ testaceæ, basi luteâ. Caput luteum, vertice toto nigro. Thorax suprà niger, lateribus subtùsque luteus, sterno nigro. Abdomen subtùs omninò luteum, suprà segmentis 1° 2° que nigris, 3° nigro maculâ utrinque laterali testaceâ, 4° 5° que testaceis margine superiori ad dorsum nigro, cæteris nigris lateribus testaceis, ano testaceo. Pedes lutei, tarsis testaceis. Alæ hyalinæ, costâ luteâ nervuris testaceis.

Variat segmentis abdominis à 5° ad anum minùs nigris.

Mas. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Carcel. Var. Mus. dom. Duponchel.

Nota. Huic fortè affinis *Lyda hortorum*. Klug., Berl. Mag. 1808, pag. 278. Cujus diagnosis hæc est : atra ; abdomine medio rufo ; scutello pedibusque pallidis.

38. Lyda histrio — *Pamphilius Histrio*. Latr. Enc., n° 12.

Antennæ pallidè testaceæ, articulis 1° luteo, extremis fuscis.

Caput nigrum, luteo varium, clypeo luteo. Thorax niger, luteo varius. Abdomen suprà pallidè testaceum, segmento 1° (2° que?) nigro, subtùs nigrum, suprà subtùsque maculis lateralibus luteis. Pedes pallidè lutei. Alæ subluteo-hyalinæ, nervuris luteis.

Sexus latet. Circà Parisios. Latr. loco citato.

39. Lyda flaviventris. — *Lyda c* [illegible] Klug., Berl. Mag. 1808, pag. 279. *Tenthredo flaviventris.* De G. Retz., n° 322. De G., n° 35. Tab. 40. *Tenthr. depressa.* Panz., fig. 11. Exclusis Schranck. Geoff. De Vill. synonimis. Ross. synonimum dubium. *Pamphilius dimidiatus.* Latr. Enc., n° 22.

Antennæ fuscæ, basi luteâ. Caput et thorax nigra, luteo varia. Abdomen flavum segmentis 1° 2° que dorso plùs minùsve nigris, cæterorum basi fuscâ. Pedes lutei, femoribus 4 anticis nigro maculatis. Alæ apice præsertim fuscæ, nervuris nigris.

Sexus latet. In Germaniâ.

Nota. *De Tenthr.* Geoffr., n° 21. Vide n° 354.

40. Lyda alpina. Klug., Berl. Mag. 1808, pag. 281. — *Pamphilius alpinus.* Latr. Enc., n° 23.

Corpus sublineare. Nigra, thoracis puncto dorsali, abdomine pedibusque luteis.

Sexus latet. In Germaniæ montibus.

41. ? Lyda nemoralis. — *Tenthredo nemoralis.* Schranck., n° 680. De Vill., 1° 114. Gmel., n° 42. Linn. Faun. suec.

Antennis setaceis, corpore atro, abdominis segmentis latere albis.

Sexus latet. In Europâ.

Nota. Dubia multisque auctoribus omissa species.

d. Tarpa. Fab. Leach. Klug. — *Megalodontes.* Latr. *Cephaleiæ spec.* Jur. *Tenthredinis spec.* Ross. Panz. Coqueb.

Cellulæ radiales 2, 1ª semicircularis, 2ª maxima.

Cellulæ cubitales 4, 1ª parva, reliquæ inter se ferè æquales: 2ª excipit 1um nervum recurrentem, 3ª 2um; 4ª apicem alæ non attingit.

Antennæ articulis numerosis distinctis; 2 baseos rectis, cæteris obliquè insertis : maris pectinatæ, fæminæ pectinatæ aut serratæ.

Tibiæ 4 posticæ in medio bispinosæ.

Mandibulæ maximæ, bidentatæ.

42. Tarpa phænicia. — Savigny.

Antennæ pectinatæ luteæ, dentibus violaceis. Caput luteum, lineis in vertice intra oculos nigris. Thorax niger, humeris maculisque 4 obliquis in dorso sublinearibus luteis. Abdomen nigrum, segmentorum 1ⁱ incisurâ punctoque parvo utrinque luteis, 2ⁱ, 3ⁱ 4ⁱ que margine inferiori lato in medio interrupto luteo, 5ⁱ, 6ⁱ, 7ⁱ 8ⁱ que margine inferiori lato continuo in medio suprà emarginato luteo, ano luteo. Pedes lutei. Alæ luteo-fuscæ.

Mas. V. In Syriâ. Museum dom. Savigny.

43. Tarpa cephalotes. Fab., n° 1. F. Fr., pl. 13, fig. 5. — *Tenthredo Cephalotes.* Coqueb. Tab. 3, fig. 8, at mala. De Vill., n° 24. Gm., n° 64.

Antennæ pectinatæ, articulis 1° luteo-testaceo, 2° nigro, 3° 4° que testaceis, cæteris nigro-fuscis. Caput nigrum, mandibulis palpisque apice ferrugineis, maculis inter oculos 3 et lunulâ posticâ oculos apicibus attingente luteis. Thorax niger, lineâ anticâ et utrinque ad scutellum, lineolâ punctoque parvo subalari luteis. Abdomen nigrum, segmentorum 1ⁱ incisurâ punctoque utrinque luteis, 4ⁱ, 5ⁱ, 6ⁱ 7ⁱ que suprà subtùsque margine inferiori luteo, in 4° latiore, 8ⁱ suprà margine inferiori luteo, ani dorso luteo. Pedes testacei, femorum 4 anticorum basi latè nigrâ. Alæ hyalinæ, ad marginem exteriorem fuscæ, nervuris testaceis.

Var. Segmento abdominis 3° puncto utrinque laterali luteo.

Antennæ fæmineæ pectinatæ.

Fæm. V. In Galliâ. Mus. dom. Serville.

Nota. 1°. Quam notaverit speciem dom. Spinola sub nomine *Megalodontis Cephalotis.* Ins. Lig. Fasc. 1ᵘˢ n° 1, tom. 1, pag. 50, descriptione nullâ datâ, omninò ambiguum est. 2°. Quid sit

Megalodontes vidua. Ins. Lig. Fasc. 1. n° 2, tom. 1, pag. 50, ad quam refert *Tenthredinem viduam*. Ross. Faun. Etr. et *Allantum Rossii* Jurine, species inter se diversas, non facilè discernendum.

44. Tarpa Klugii. Leach., n° 2. — *Tarpa plagiocephala*. Klug., Berl. Mag. 1808, pag. 267. Tab. 7, fig. 1.

Antennæ ferrugineæ articulo 2° ultimisque nigris. Caput nigrum, maculis inter oculos 3 margineque postico bis interrupto flavis. Thorax niger lineolâ anticâ interruptâ et utrinque ad scutellum, punctoque subalari flavis. Abdomen nigrum, suprà segmento 1° toto, 4^{i}, 5^{i}, 6^{i}, 7^{i} 8^{i} que margine infero flavo; subtùs fasciis 2 flavis. Pedes testacei, tibiis flavis, coxis omnibus femorumque 4 posticorum basi nigris.

Sexus latet. Hab. in Angliâ.

45. Tarpa Panzeri. Leach., n° 3. — *Tenthredo Cephalotes*. Panz., fig. 7 et 8. Ross., n° 707. *Tarpa Cephalotes*. Klug., Berl. Mag. 1808, pag. 266.

Antennæ serratæ, articulis 1° luteo-testaceo, 2° fusco, cæteris testaceis. Caput nigrum, mandibulis apice ferrugineis, palpis pallidis, maculis inter oculos 3 et lunulâ posticâ oculos apicibus attingente luteis. Thorax niger, humeris, lineolis dorsalibus 4, punctoque parvo subalari luteis. Abdomen nigrum, segmentorum 1^{i} incisurâ punctoque utrinque luteis, 2^{i} 3^{i} que puncto utrinque luteo, 4^{i}, 5^{i}, 6^{i}, 7^{i} 8^{i} que suprà margine inferiori luteo (quod subtùs in 6° 7° que tantùm exstat). Pedes luteo-ferruginei, femoribus 4 anticis nigris, posticis 2 pallidè ferrugineis. Alæ hyalinæ, ad marginem exteriorem et apicem subfuscæ, nervuris testaceis. Sic fæmina.

Mas similis auctore dom. Leach.

Fæm. V. In Galliâ. Mus. dom. Serville. In Angliâ. Leach.

46. Tarpa plagiocephala. Fab., n° 2. — *Tarpa Fabricii*. Leach., n° 1.

Antennæ pectinatæ, articulis 2 primis 3^{i} que basi nigris. Caput nigrum, mandibulis ferrugineis, palpis pallidis, maculis inter oculos 3 et lunulâ posticâ oculos apicibus attingente luteo-albidis. Thorax niger, humeris et utrinque ad scutellum lineolâ

punctoque subalari luteo-albidis. Abdomen nigrum, suprà segmentorum 1^i incisurâ luteo-albidâ, 4^i margine inferiori latè luteo-albido, 3^i 4^ique maculâ laterali utrinque luteo-albidâ, 6^i maculâ laterali utrinque alterâque dorsali luteo-albidis; 8° luteo-abido, margine superiori tenui nigro : subtùs nigrum, segmentorum plerorumque margine inferiori albido. Pedes luteo-ferruginei, femoribus 4 anticis basi nigris. Alæ hyalinæ, in parte caracteristicâ subfuscæ, nervuris testaceis.

Mas. V. È Viennâ misit dom. Ziegler, Musæi Viennensis conservator. Mus. dom. Serville.

Hanc Fabricianam speciem pro mare *Tarpæ* (*Cephaleiæ*) *Cephalotis* habet, haud ritè quidem, dom. Jurine. Nam in mari *Plagiocephalâ* antennas minùs pectinatas videmus quàm in fæminâ *Cephalote**: quod nullomodo in unicâ specie admitti potest. Vide Jur., pag. 67 Indè *Cephaleia cephalotes*. Jur., pag. 67, species omninò dubia.

47. Tarpa judaica. Savigny.

Antennæ serratæ nigræ, articulo 1° luteo maculato. Caput anticè luteum, labro et mandibulis apice nigris, suprà et in vertice nigrum, lineolis 4 à vertice divergentibus et punctis 2 ponè oculos luteis. Thorax niger humeris et lineolis 2 dorsalibus luteis. Abdomen, segmentorum 1^i incisurâ punctoque utrinque parvo luteis, cæterorum maculâ utrinque laterali, et alterâ dorsali magnâ ad marginem inferiorem luteis, ani maculâ dorsali luteâ. Pedes nigri. Alæ fuscescentes.

Fæmina. V. In Syriâ. Mus. dom. Savigny.

48. Tarpa cæsariensis. Savigny.

Antennæ serratæ nigræ. Caput nigrum, lineolis 4 à vertice divergentibus luteis. Thorax niger lineâ anticâ lineolisque 2 dorsalibus luteis. Abdomen segmentorum 1^i incisurâ punctoque utrinque duplici parvo luteis, cæterorum maculâ utrinque laterali, et alterâ dorsali magnâ ad marginem inferiorem luteis, ani maculâ dorsali luteâ. Pedes nigri. Alæ fuscæ.

Fæm. V. In Syriâ. Mus. dom. Savigny.

e. CEPHUS. Fab. Latr. Nouv. Dictionn. d'hist. nat. — *Astatus*. Klug. *Trachelus*. Jur. *Sirex*. Coqueb. *Tenthredinis spec*. Fourcr. De Vill. Lesk. *Astatus et Banchi spec*. Panz.

Cellulæ radiales 2 : 1ª parva ferè quadrata; 2ª maxima.

Cellulæ cubitales 4 æquales : 2ª excipit 1um nervum recurrentem, 3ª 2um; 4ª apicem alæ attingit.

Antennæ ad apicem crassiores, articulis numerosis; 1is baseos distinctis, 3°, 4° 5° que sublongioribus, cæteris minutis.

Tibiæ 4 posticæ in medio bispinosæ.

Mandibulæ tridentatæ, dente medio parvo.

49. CEPHUS ABDOMINALIS. Latr. Nouv. Dict. d'hist. nat., 2ª édit.

Antennæ, caput thoraxque nigra. Abdomen omninò rufum. Pedes nigri.

Sexus latet. In Galliâ.

50. CEPHUS IDOLON. Ins. Lig. Fasc., n° 1, tom. 1, pag. 80. — *Ichneumon idolon*. Ross. M. App., n° 87. Tab. 4, fig. H.

Antennæ nigræ, apice flavæ. Caput flavum. Thorax niger anticè flavus. Abdomen suprà flavum fasciis nigris. Pedes 4 antici nigri femoribus flavis, postici 2 flavi. Alæ flavo-fuscæ, costâ luteâ.

Fæmina, ut videtur. In Etruriâ et Liguriâ.

Nota. Var. Thorace capiteque nigris. An distincta species? Dom. Spinola.

51. CEPHUS COMPRESSUS. Fab., n° 2. F. Fr., pl. 15, fig. 1. — *Trachelus compressus*. Jurine, pag. 72. *Sirex compressus*. Coqueb. Icon. Tab. 11, fig. 1, fæm. *Tenthredo prolongata*. Fourcr., n° 47. De Vill., n° 136.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, mandibulis palpisque luteis. Thorax niger. Abdomen ferrugineum, segmentis 1° 2° que et ano nigris. Pedes 4 antici albidi, femoribus nigris; postici nigri, genubus albis. Alæ hyalinæ. Sic fæmina.

Mas similis secundùm dom. Jurine.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

52. Cephus pygmæus. Fab., n° 3. Ins. Lig. Fasc., n° 2, tom. 1, pag. 80. — *Banchus spinipes.* Panz., fig. 17, fæm. *Sirex pygmæus.* Coqueb. Icon. Tab. 11, fig. 2, fæm. *Trachelus pygmæus.* Jurine, n° 72.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, palporum luteorum articulo extremo nigro, mandibulisque luteis. Thorax niger. Abdomen nigrum emarginaturâ luteâ, segmentisque 4°, 6° 7° que luteo inferiùs marginatis. Pedes 4 antici lutei, femoribus nigris; postici nigri, genubus albis. Alæ hyalinæ. Sic fæmina.

Mas differt ore toto, thorace subtùs, femorumque basi et anticâ parte luteis.

Mas et fæm. V. Passim. Mus. dom Serville.

Nota. 1°. Huic affinis, ast alia videtur *Tenthredo longicornis* Fourcr., n° 44; Geoffr., n° 38; De Vill., n° 134, cujus diagnosis hæc est : antennæ nigræ. Caput nigrum, mandibulis luteis. Thorax niger, scutello luteo. Abdomen nigrum, segmentis luteo marginatis. Pedes modò citrei, modò testacei, femoribus nigris : modò etiam omninò fusci. 2°. Etiam affinis est *Tenthredo linearis* Schranck., n° 695; De Vill., n° 132, cujus diagnosis hæc est : antennis multinodiis, nigra; tibiis abdominisque filiformis cingulis 5 flavis.

53. Cephus analis. Ins. Lig. Fasc., n° 3, tom. 1, pag. 80. F. Fr., pl. 15, fig. 2. — *Astatus analis.* Klug. *Trachelus hæmorrhoidalis.* Jurine, pag. 72. Tab. 7.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, mandibulis luteis. Thorax niger. Abdomen nigrum, ano luteo. Pedes nigri, tibiis tarsisque 2 anticis luteis. Alæ hyalinæ. Sic fæmina.

Mas similis secundùm dom. Jurine.

Fæm. V. In Italiâ. Mus. dom. Serville.

* 54. Cephus mandibularis.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, mandibulis luteis. Thorax niger, puncto calloso luteo. Abdomen nigrum, segmentis 6°, 7°, 8° que maculâ parvâ laterali utrinque testaceâ. Pedes 2 antici

nigri, luteo anticè lineati; postici 4 nigri. Alæ subhyalinæ, nervuris piceis.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Carcel.

* 55. Cephus nigritus.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, mandibulis luteis. Thorax niger. Abdomen nigrum. Pedes 2 antici nigri, luteo anticè lineati; postici 4 nigri. Alæ subhyalinæ, nervuris piceis.

An mas *Cephi mandibularis?*

Mas. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Carcel.

* 56. Cephus luteipes. F. Fr., pl. 15, fig. 3.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, mandibulis palpisque luteis. Thorax niger. Abdomen nigrum, ani apice luteo. Pedes lutei femoribus nigris. Alæ hyalinæ.

Mas. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

57. Cephus tabidus. Fab., n° 6. F. Fr., pl. 15, fig. 4. — *Sirex tabidus.* Coqueb. Icon. Tab. 11, fig. 4, fæm. *Tenthredo longicollis.* Fourcr., n° 45. De Vill., n° 135. *Astatus tabidus.* Panz., fig. 11. *Trachelus tabidus.* Jurine, pag. 72.

Antennæ nigræ. Caput nigrum. Thorax niger. Abdomen nigrum, segmentis 3°, 4°, 5°, 6°, 7°, 8° que luteo utrinque maculato. Pedes nigri, tibiis anticis anticè testaceis. Alæ hyalinæ.

Macula lateralis octavi abdominis segmenti utrinque duplex in fæminâ, simplex in mare.

Mas et fæm. V. Passim. Mus. dom. Serville.

58. Cephus Leskii. — *Tenthredo.* Lesk., n° 132 *b*.

Antennæ, caput thoraxque nigra. Abdomen nigrum, segmentis 3° 5° que margine postico flavo-virescentibus. Pedes nigri, antici 4 femorum apice tibiisque flavis, postici 2 femorum basi tarsisque flavis. Sic fæmina.

Mas differt : 6ⁱ segmenti anique margine flavo.

Mas et fæmina. In Europâ.

59. Cephus troglodyta. Fab., n° 1. — *Astatus troglodyta.* Panz., fig. 12. *Trachelus troglodyta.* Jurine, pag. 72.

Antennæ, caput et thorax nigra. Abdomen nigrum, incisurâ, fasciis duabus et punctis lateralibus utrinque tribus luteis. Pedes lutei, femoribus nigris. Alæ hyalinæ.

Fæm. secundùm dom. Jurine. In Germaniâ.

Nota. Malè descripta, dum nec punctorum, nec fasciarum abdominalium situs innotescit : videant autoptæ.

60. Cephus macilentus. Fab., n° 4. — *Sirex macilentus*. Coqueb. Icon. Tab. 11, fig. 3, fæm.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, mandibulis punctisque 2 inter oculos luteis. Thorax niger puncto parvo antico maculâque magnâ subalari luteis. Abdomen nigrum, lateribus fasciisque 2 in medio luteis. Pedes nigri tibiis anticis luteis. Alæ hyalinæ margine exteriori nigro.

Sexus latet. In Barbariâ.

61. Cephus phthisicus. Fab., n° 5. Ins. Lig. Fasc. 1, n° 4, tom. 1, pag. 80.

Antennæ, caput, thorax abdomenque nigra. Pedes testacei, femoribus nigris. Alæ fuscæ.

Sexus latet. In Sueciâ.

62. Cephus satyrus. — *Astatus satyrus*. Panz., fig. 12. *Trachelus satyrus*. Jurine, pag. 72.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, palpis testaceis. Thorax niger. Abdomen nigrum, segmentorum 1ⁱ emarginaturâ, 2ⁱ puncto utrinque laterali, 3ⁱ, 5ⁱ 6ⁱ que margine postico tenui luteis. Pedes testacei, femoribus nigris. Alæ flavo-hyalinæ, nervuris flavis.

Fæm. In Germaniâ.

f. Athalia. Leach. — *Hylotomæ spec.* Fab. *Tenthredinis spec.* Schranck. Panz. Fourcr. Geoffr. De Vill. *Allanti spec.* Jur.

Cellulæ radiales 2 æquales, nervo brevi recto separatæ.

Cellulæ cubitales 4 inæquales; 1ª parva rotundata : 2ª excipit 1ᵘᵐ nervum recurrentem, 3ª 2ᵘᵐ; 4ª apicem alæ attingit.

Antennæ subclavatæ, articulis undecim subdistinctis, 3°
longiori, cæteris moniliformibus.

Tibiæ 4 posticæ in medio inermes.

Abdomen thorace vix longius.

Mandibulæ bidentatæ.

Nota. Antennas 10-articulatas haud ritè proclamat dom. Leach.

* 63. Athalia ancilla. F. Fr., pl. 13, fig. 1.

Antennæ nigræ, subtùs testaceæ. Caput nigrum, ore clypeoque anticè rotundato albis, mandibulis apice fuscis. Thorax testaceus, dorso nigro. Abdomen testaceum, segmenti 1i dorso nigro. Pedes testacei, tibiis tarsorumque articulis apice nigris. Alæ hyalinæ, nervuris testaceis.

Mas variat pedibus anticis omninò testaceis.

Mas et fæm. V. Passim. Mus dom. Serville.

* 64. Athalia cordata.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, ore clypeoque anticè rotundato albis, mandibulis apice fuscis. Thorax niger, subtùs anticè et ad alarum basim testaceus. Abdomen testaceum, segmenti 1i maculâ dorsali subcordatâ nigrâ. Pedes testacei, tibiis tarsorumque articulis apice nigris. Alæ hyalinæ, nervuris baseos testaceis, apicis nigris, costâ nigrâ.

Mas et fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Carcel.

* 65. Athalia lineolata.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, ore clypeoque anticè rotundato albis. Thorax dorso nigro, lateribus testaceis, subtùs testaceus lineolâ transversali nigrâ. Abdomen testaceum, segmenti 1i basi nigrâ. Pedes testacei, tibiis 2 posticis et tarsorum 4 posticorum articulis apice nigris. Alæ hyalinæ, nervuris baseos testaceis, apicis nigris.

Antennæ maris subtùs luteæ, tarsique intermedii omninò lutei.

Mas et fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

66. Athalia suessionensis. — *Tenthredo salicis*. Schranck., n° 683.

Antennæ nigræ subtùs testaceæ. Caput nigrum ore clypeo-

que anticè quadrato albis. Thorax niger, anticè testaceus. Abdomen testaceum, segmento 1° suprà nigro. Pedes testacei, tibiis tarsorumque articulis apice nigris. Alæ pallidè testaceæ, nervuris concoloribus.

Mas et fæm. V. In agro Suessionensi. Mus dom. Serville.

* 67. Athalia Richardi.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, clypeo rotundato apiculato oreque testaceis, mandibulis apice fuscis. Thorax niger humeris testaceis. Abdomen testaceum, segmento 1° suprà nigro. Pedes 4 antici omninò testacei; postici 2 testacei, tibiis et tarsorum articulis apice nigris. Alæ subfuscæ, nervuris fuscis.

Fæm. V. Patria ignota. E Mus. dom. Richard, Mus. dom. Serville.

68. Athalia abdominalis. F. Fr., pl. 13, fig. 2. — *Tenthredo abdominalis.* Panz., fig. 3.

Antennæ nigræ, subtùs piceæ. Caput nigrum, clypeo nigro emarginato, labro et mandibulis apice fuscè testaceis. Thorax niger, humeris et margine antico testaceis. Abdomen testaceum, segmento 1° toto 2ique basi piceis. Pedes uniformiter testacei. Alæ nigro fuscæ, basi testaceâ.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. 1°. *Hylotoma abdominalis* Fab., n° 20, differt thorace, ut videtur, et segmentis 2 primis abdominis omninò nigris. Insuper ad suam speciem refert celeberr. auctor *Tenthr. ventralem* Panz., fig. 4, quæ certè à *Tenthr. abdominali* Panz., distincta. 2°. De *Allanto abdominali* Jur., (qui est *Hylotoma abdominalis* Fab., n° 19, et *Tenthredo ventralis* Panz., fig. 56), vide *Tenthr. ventralem*.

69. Athalia bicolor. — *Tenthredo rosæ.* Schranck., n° 684.

Antennæ nigræ, subtùs piceæ. Caput nigrum, labro clypeoque anticè rotundato testaceis, mandibulis testaceis apice fuscis. Thorax niger, puncto calloso testaceo. Abdomen testaceum, segmento 1° toto 2ique basi nigris. Pedes testacei, pos-

tici 2 tibiis tarsorumque articulis apice nigris. Alæ hyalinæ, nervuris basis testaceis, apicis nigris.

Mas. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. 1°. Fæminas vidi clypeo ferè quadrato, cætera omninò similes. An ATHALIÆ BICOLORIS alter sexus? non equidem credo. 2°. Hæc Tenthredo videtur fuisse *Tenthredo rosæ* Linnæi, cum Schranckius Linnæanam phrasim afferens, eam antennis septem nodiis esse dicat. Omnes enim veteres auctores Tenthredines 9-vel 11-nodias confusas habent et septem-nodias asserunt inconsulti, solo nostrate Geoffroyo excepto, qui tamen de *Tenthredine rosæ* erravit.

70. ATHALIA ANNULATA. — *Hylotoma annulata*. Fab., n° 23. Excluso Panzeri synonimo. *Allantus annulatus*. Jurine, pag. 56. *Nematus annulatus*. Ins. Lig. Fasc. 3, n° 3, tom. 2, pag. 155.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, labio albo. Thorax omninò niger. Abdomen flavum. Pedes flavi, postici apice nigri, albo annulati. Alæ albæ, costâ dimidiatâ (ad dimidium usque?) nigrâ.

Mas et fæm. In Daniâ, Fab. In Helvetiâ? Jurine.

Nota. Suam in Mantissâ datam *Tenthredinis annulatæ* diagnosim emendasse videtur in Entomologiâ systematicâ celeberrimus Fabricius, non speciem aliam proposuisse. Hinc nobis omninò delenda videtur *Tenthredo annulata* De Vill., n° 18. Gmel., n° 60, mantissæ fide admissa.

71. ATHALIA CENTIFOLIÆ. — *Tenthredo centifoliæ*. Panz., n° 18.

Antennæ caputque nigra. Thorax flavus dorsi lateribus utrinque triangularibus nigris. Abdomen luteum, segmento 1° basi nigro. Pedes lutei, tibiis tarsorumque articulis apice nigris. Alæ hyalinæ, nervuris nigris.

Sexus et patria latent.

Nota. *Hylotoma spinarum*, Fab., n° 21, Ins. Lig. Fasc. 1, n° 10, tom. 1, pag. 53, ad quam dom. Jurine (*Allantus spinarum*. Jur.) hanc refert Panzerianam speciem, differt capitis flavi

vertice tantum nigro. Fabricam antennarum perfectè, articulorum verò numerum non exactè pingit Panzerus : nam antennis 10-articulatis Tenthredinetas nullas novimus. Hanc nosse speciem videtur Geoffroyus n° 4, et cum *Hylotoma rosæ* confundit.

72. ATHALIA VERNALIS. — *Tenthredo vernalis*. Fourc. Ent. Par., n° 40. Geoff., n° 34. De Vill., n° 102.

Antennæ caputque nigra. Thorax lætè ferrugineus. Abdomen nigrum. Pedes nigri, genubus subpallidis. Alæ fuscæ.

Sexus latet. In agro Parisiensi.

73. ATHALIA VIRIDESCENS. — *Tenthr. viridescens*. Fourcr. Ent. Par., n° 41. Geoffr., n° 35. De Vill., n° 108.

Antennæ luteæ. Caput nigrum, labro oculorumque orbitâ albido-viridibus. Thorax niger, lateribus utrinque albido-viridibus. Abdomen nigrum margine utrinque exteriori albido-viridi. Pedes luteo-virides. Alæ uniformiter fuscæ.

Sexus latet. In agro Parisiensi.

Nota. Nulla, nisi Athalias, antennis 11-articulatis hymenoptera, in agro Parisiensi degentia novimus. Hinc non admittere non potuimus has ambas species Geoffroyanas, quamvis nobis non notas et à cæteris multùm diversas.

g. CIMBEX. Fab. Oliv. Klug. — *Crabro*. Geoffr. Fourcr. *Tenthredinis spec.* Panz. Ross. De Vill. Gmel. Scop. Schranck. Lesk. Linn. De G. De G. Retz.

† *Cimbex, Trichiosoma, Clavellaria*. Leach. *Tenthredinis spec.* Jur. Fam. 1re.

Cellulæ radiales 2, elongatæ, ferè æquales.

Cellulæ cubitales 3 : 1a angustata excipit nervos 2 recurrentes : 3a apicem alæ attingit.

Antennæ clavato capitatæ, articulis numerosis; quibusdam baseos, non certo numero, distinctis : cæteris in capitulum coadunitis.

Tibiæ 4 posticæ in medio inermes, aculeis apicis truncatis obtusis.

Mandibulæ subtridentatæ.

Caput latitudine thoracem æquans; oculi utriusque sexûs separati.

Nota. *Cimbex* Leach., antennis ante clavam 5-articulatis, clavâ subsolidâ 2-articulatâ : *Trichiosoma* Leach., antennis ante clavam 4-articulatis, clavâ subsolidâ 3-articulatâ : *Clavellaria* Leach., antennis ante clavam 4-articulatis, clava 1-articulata : *Zaræa* Leach., antennis ante clavam 4-articulatis, clavâ articulis 3 distinctis. Qui caracteres subdivisionibus apti, in omnibus speciebus à me non facilè investigati. Dum potui tamen, notavi.

74. Cimbex schæfferi. F. Fr., pl. 1, fig. 1. Schæffer. Icon. Tab. 103, fig. 2 et 3, non quidem perfecta.

Antennæ testaceæ, apice lutescentes. Caput testaceum. Thorax testaceus, suprà fuscus. Abdomen segmento 1° testaceo luteo vario, 2° testaceo, cæteris luteis maculâ dorsali testaceâ. Pedes omninò testacei. Alæ subfuscæ.

Figura Schæfferi, ut suprà, à plerisque auctoribus Fabricio videlicet, De Villers, Olivier, Gmelino, ad *Cimbicem luteam* haud ritè refertur.

Fæm. V. Ex Alsatiâ. Mus. dom. Serville.

Nota. Cimbex forsàn esset dom. Leach. Vidimus articulos 5 antè clavam : at clava non est distinctè biarticulata : quod de plerisque dico.

75. Cimbex montana. — *Cimbex maculata.* Oliv. Enc., n° 7. Leach., n° 8. *Tenthredo montana.* Panz., fig. 12. Jur., pag. 48. *Crabro maculatus.* Fourcr. Ent. Par., n° 2. Geoffr., n° 2.

Antennæ testaceæ. Caput fusco-testaceum, æneo-nitens. Thorax fuscus, æneo-nitens, humeris, lineâ anticâ, scutelloque villoso-testaceis. Abdomen suprà luteum, segmentis 1° fusco-violaceo incisurâ luteâ, 2° toto fusco-violaceo, 3° fusco-violaceo maculâ utrinque laterali luteâ : subtùs fusco-violaceum, lineâ utrinque punctorum luteorum; ano testaceo. Pedes testacei. Alæ hyalinæ, nervuris testaceo-fuscis.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. *Crabro annulatus* Fourcr. Ent. Par., n° 4, qui *Cimbex annulata* Leach., n° 9, forsàn diversa est species. A quibusdam ad *Cimbicem luteam* refertur. Hujus diagnosis hæc est ex dom. Fourcroy : Ferrugineus, thorace supernè abdominisque segmento 1° nigris. Differt à *Cimbice Schæfferi montanâque* segmento 1° solo cæteris discolori, quibusdamque coloribus insuper prætermissis aut malè designatis, nec ulli aliæ assimilari potest.

Ex dom. Leach : Antennæ luteæ. Caput luteum. Thorax luteus, dorso sternoque violaceo-fuscis. Abdomen segmentis 1° 2° que violaceo-fuscis, 3° luteo maculâ violaceo-fuscâ, cæteris luteis maculâ dorsali ferrugineâ. Pedes lutei, femoribus violaceo-luteis. Alæ subfulvescentes, cellulâ radiali 2ª saturatiore, apiceque pallidè fusco.

* 76. Cimbex violacea.

Antennæ pallidè testaceæ, basi fuscescente. Caput fusco-violaceum. Thorax fusco-violaceus, margine dorsi antico pallidè testaceo. Abdomen subtùs violaceum, suprà segmento 1° fusco-violaceo incisurâ luteâ, 2° toto fusco-violaceo, 3°, 4°, 5°, 6° 7° que luteis margine superiori fusco violaceo, 3ⁱ lineâ dorsali fusco-violaceâ. Anus fusco-violaceus. Pedes violaceo-nigri, tarsis testaceis. Alæ fusco-violaceæ.

Fæm. V. Patria Ignota. Mus. dom. Serville qui à dom. Palissot de Beauvois accepit.

Nota. 1°. Cimbex esset dom. Leach. 2°. Si diagnosis gallicè scripta à celeberr. Olivier Enc. ad *Cimbicem luteam*, huic nostræ speciei comparatur, quâ differt à precedentibus ex parte convenit, nempè segmentis plurimis margine superiori fuscis. Sic enim eam describit : Antennæ luteæ. Caput et thorax luteo-fusca. Abdomen suprà luteum segmentis primis (non numerantur), cæterorumque margine superiori fuscis, subtùs fusco-maculatum. Pedes lutei, femoribus nigris. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis. Plures in Cimbice luteâ subesse species ulteriùs agnoscendum.

* 77. Cimbex ornata. F. Fr., pl. 1, fig. 2.

Antennæ fusco-testaceæ. Caput et thorax fusca-violaceo nitentia, subvillosa. Abdomen suprà segmentis, 1° violaceo incisurâ luteâ, 2° violaceo, 3° violaceo maculâ utrinque laterali luteâ, 4° luteo basi dorsoque violaceis, 5°, 6° 7° que luteis, 8° violaceo maculâ transversali luteâ, ano luteo : subtùs violaceum, apice fusco-testaceo. Pedes testacei, femoribus violaceis. Alæ luteo-fuscæ, apice subviolaceæ.

Fæm. V. In agro Ambianensi. Mus. dom. Serville.

* 78. Cimbex luteola.

Antennæ testaceæ, apice lutescentes. Caput testaceum. Thorax testaceus dorso fusco. Abdomen suprà luteum, segmento 1° luteo dorso maculâque utrinque parvâ testaceis et incisurâ luteâ margine inferiori violaceo, 2° toto violaceo, 3° 4° que luteis basi dorsoque violaceis, 5ⁱ basi tenui violaceâ, 8ⁱ basi violaceâ: subtùs luteum segmentis 3° 4° que violaceis, 5°, 6°, 7° 8° que violaceo inferiùs marginatis. Pedes testacei. Alæ lutescentes, nebulosæ.

Fæm. V. In Gallià septentrionali. Mus. dom. Roussel.

* 79. Cimbex pallens. F. Fr., pl. 1, fig. 3.

Antennæ, caput thoraxque testacea. Abdomen pallidè testaceum, segmento 1° testaceo. Pedes testacei. Alæ hyalinæ, apice fuscæ.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. 1°. Trichiosoma esset dom. Leach. 2°. *Cimbex lutea.* Fab. *Tenthredo lutea.* Ross., n° 702. De Vill., n° 3. Gmel., n° 3. Scop., n° 719. Schranck., n° 650. Lesk., n° 62.

Cui è præcedentibus 6 speciebus conveniat *Tenthredo lutea* Linn. (antennis luteis, segmentis abdominis plerisque flavis), difficile est eruere. Omnibus enim ferè hisce convenit diagnosis. Sic etiam de *Cimbice luteâ* Fab. seu *Tenthredine luteâ* Ross. De Vill. Gmel. Scop. Schranck. Lesk. censemus. Fabricius etenim nihil Linneanæ diagnosi addit præter synonimos omninò incertos. È figuris Roëselii, Albinique et Frischii nulla lux oritur. Latreillius nomen Linneanum tantum citat, nullâ descriptione

factâ. Figura Schæfferiana Icon. Tab. 103, fig. 2 et 3, à *Cimbice luteâ* auctorum citatorum præsertim differt segmentorum omnium luteorum maculâ dorsali testaceâ. Hinc ritè soli *Cimbici Schæfferi* convenit. Nec probabile est hunc certâ mente omissum fuisse caracterem, in *Cimbicis luteæ* diagnosi. De Degeeriano synonimo infrà dicemus. Rossius, Schranckiusque et Musæi Leskeani auctor Zschachius nihil diagnosi Linneanæ addunt. Scopolius nihil nisi tibias ferrugineas serræque valvas pilosas, indicat. Hinc isti nostrarum specierum omnium dubii synonimi, ni Scopoliana species *Cimbici violaceæ* comparetur, dùm ei tibiis solis à cæteris pedum partibus discoloribus convenit, et indè huic peculiariter jungatur.

De Villers notas Faunæ Sueciæ afferens *Cimbicem luteam* suam Linneanamque sic describit : Nigra. Antennæ flavæ, articulo 1° baseos nigro. Abdomen segmentis 3°, 4° 5° que ferrugineis, reliquis nigris. Pedes femoribus tibiisque nigris, tarsis flavis. Alæ nervuris atro-ferrugineis, margine postico fuscæ. Hi certè caracteres speciem à nostris valdè diversam indicant; capite, thorace, abdomine ferè toto, pedibusque, si tarsos excipias, nigris. Quid ergo citatus De Villers in diagnosi Linneanâ quam affert ut suprà eam citavimus, abdominis segmentos plerosque dicit flavos, et *Cimbicem luteam* appellat!! adsit Sphinx.

De Geerius Tenthredinem suam n° 1, Tab. 33, fig. 16, quæ *Tenthr. lutea* De G. Retz., n° 293, pro *Tenthredine luteâ* Linn., citatâ ipsiûs Faunæ Suecicæ diagnosi, habet : Schæfferianas etiam figuras affert de queis suprà diximus. Ipse suam sic describit : Antennæ luteo-testaceæ. Caput et thorax luteo-fusca. Abdomen suprà segmentis tribus quatuorve primis nigro-violaceis, cæteris flavis basi tenui nigro-violaceâ; subtùs luteum, maculis lineolisque fuscis varium. Alæ lutescentes subhyalinæ, nervuris fuscis.

Var. Abdomine suprà segmentis 4 primis nitenti-violaceis, cæteris pallidè luteis; subtùs omninò fuscè violaceo. Femoribus fuscè violaceis.

Quæ diagnosis nulli aliæ autoribus aut nobis notæ convenit. Hinc fortè diversa species.

Ergo malè citatur De Geerius à Fabricio, Rossio, De Villersque.

80. Cimbex Griffinii. Leach., n° 10.

Antennæ, caputque lutea. Thorax luteus, pectore saturatiore. Abdomen flavum, segmentorum interstitiis (marginibus?) nigris maculâque supernâ ferrugineâ. Pedes lutei. Alæ fulvo-hyalinæ, cellulâ 2ᵃ radiali saturatiore, apice fusco.

Fæm. In Angliâ, propè Norwich.

81. Cimbex humeralis. Oliv. Enc., n° 6. Leach., n° 11. — *Crabro humeralis*. Fourcr. Ent. Par., n° 1. Geoffr., n° 1. *Cimbex axillaris*. Ins. Lig. Fasc. 3, n° 5, tom. 2, p. 152. *Tenthredo axillaris*. Panz., fig. 11, mas. Jur., pag. 48. Tab. 6. *Tenthredo connata*. Schranck., n° 648. De Vill., n° 13. Gmel., n° 58.

Antennæ luteæ. Caput testaceum vertice fusco, labro luteo. Thorax nigro-fuscus, cinereo-villosus, humeris latè luteis, scutello fuscè testaceo. Abdomen suprà segmentis 1° nigro incisurâ maculâque utrinque luteis, 2° nigro margine inferiori tenui maculâque laterali luteis, 3° luteo maculâ dorsali triangulari fusco-nigrâ, 4° luteo basi fusco-nigrâ, cæteris luteis maculâ dorsali fusco-nigrâ; subtùs omnibus luteis, basi nigrâ vel ferrugineâ. Pedes ferruginei, femoribus fuscis. Alæ præsertim ad marginem exteriorem fuscescentes. Sic fæmina.

Mas differt capite fusco-testaceo, femoribus incrassatis, basi elongatâ.

Antennarum articulos 2 baseos nigros dicit Geoffroyus : Caput nigrum fronte luteâ Olivier : Alas flavas nigro in medio maculatas De Villers. An plures hic latitant species?

Mas et fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. Cimbex esset dom. Leach. Clavam biarticulatam, ut ego, vidit auctor Anglicus : quadriarticulatam dom. Geoffroyus.

82. Cimbex Mac-Leayi. Leach., n° 2.

Antennæ luteæ, articulis 4 primis pallidè subfuscis. Caput

et thorax pallidè violaceo-nigra. Abdomen luteum, dorso ad basim violaceo-nigro, incisurâ luteâ. Pedes violaceo-nigri, tarsis luteis. Alæ hyalinæ, apice et cellulæ 2æ radialis basi fuscescentibus.

Affinis *Cimbici femoratæ* secundùm dom. Leach.

Mas. In insulâ Sancto-Domingo.

83. Cimbex femorata. — *Cimbex Europea.* Leach., n° 4. *Cimbex femorata.* Ins. Lig. Fasc. 1, n° 1, tom. 1, pag. 49. *Cimbex femorata.* Fab., n° 1. Oliv. Enc., n° 1, mas. *Cimbex tristis.* Fab., n° 7, fæm. Oliv. Enc., n° 8. Excluso Schæfferi synonimo quod rectiùs ad *Cimbicem Amerinæ* refertur. *Crabro lunulatus.* Fourc. Ent. Par., n° 3. Geoffr., n° 3, pl. 14, fig. 4. *Tenthredo femorata.* Panz., fig. 20. De G. Retz., n° 294. De G., n° 2. De Vill., n° 1. Ross. F. Etr., n° 701. Jurin., pag. 47. Lesk., n° 61. Gmel., n° 1. Schæff. Icon. Tab. 104, fig. 1 et 2, mala. *Tenthredo tristis.* De Vill., n° 11. Gmel., n° 56. Fab. Voy. en Norw. Par., 1802, pag. 319.

Antennæ luteæ, basi fuscâ. Caput et thorax violaceo-nigra, pubescentia. Abdomen violaceo-nigrum, 1i segmenti incisurâ luteâ. Pedes nigri, tarsis luteo-testaceis. Alæ hyalinæ, apice fucescentes, nervuris fusco-nigris. Sic fæmina.

Mas differt femoribus 2 posticis elongatis incrassatisque, quod videre plùs minùsve est in plerisque hujus generis speciebus. Fæminam descripserunt De Geer et Geoffroy et de femoribus tacuerunt, et Olivier Enc. in descriptione gallicè scriptâ.

Mas var. *Cimbex sylvarum,* Fab., n° 4. *Tenthredo sylvarum,* Panz., fig. 16. Abdominis segmentis suprà 3°, 4° 5° que, subtùs omnibus ano excepto fuscè ferrugineis.

Mas et fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville. Var. Mus. dom. Le Breton.

Nota. 1°. *Cimbicis tristis* Fab. et Oliv. diagnosis hæc est : Antennæ omninò luteæ. Corpus villosum nigrum maculis aliquot ferrugineis, valdè obsoletis. Pedes nigri, tarsis flavis, femoribusque inermibus. Alæ hyalinæ margine postico nigro. Hæc diagnosis ex Entom. syst. provenit : tunc celeberr. auctor au-

tennarum basim non computabat; nam Tenthredines veras antennis septem-nodiis dicit.

2°. *Cimbicis sylvarum* diagnosis Fabriciana hæc est : Antennæ luteæ articulis baseos nigris. Caput et thorax villosa, atra, immaculata. Abdomen ferrugineum segmento 1° duobusque ultimis nigris. Pedes nigri, tarsis ferrugineis. Alæ hyalinæ maculâ magnâ marginali margineque postico fuscis.

Tenthredo sylvarum Panzero sic pingitur : Antennæ ferrugineæ basi fuscâ. Caput nigrum. Thorax niger punctis 2 sub scutello ferrugineis. Abdominis segmentum 1um nigrum incisurâ ferrugineâ, 2um omninò nigrum, 3um, 4um, 5um 6um que ferruginea, 7um 8um que et fortè anus nigra. Pedes nigri tarsis ferrugineis. Alæ hyalinæ maculâ marginali margineque postico fuscis. Ergo non inter se conveniunt citati auctores.

Nostra *Cimbici femoratæ* var. in multis convenit : differt segmentis tantùm tribus fuscèque ferrugineis.

De *Cimbice sylvarum* tacet Olivier Enc.

84. CIMBEX VARIANS. Leach., n° 5.

Antennæ luteæ. Caput et thorax nigra. Abdomen nigrum. Pedes nigri, tarsis luteis. Alæ hyalinæ, apice cellulâque cubitali 2^{a} fuscis.

Var. segmentis abdominis nunc 3°, 4°, 5° 6°que, nunc 4°, 5° 6° que lateribus luteis aut luteo maculatis; tibiis luteis aut pallidè fuscis : alis apice fuscis nonnumquam fuscescentibus. Marem observavit dom. Leach abdomine subtùs et lateribus ferrugineo.

Mas et fæm. In Angliæ sylvis propè Londinum.

85. CIMBEX KLUGII. Leach., n° 6.

Antennæ flavæ. Caput et thorax nigra. Abdomen violaceo-nigrum fasciis dorsalibus 5 flavis, 2 primis et ultimâ interruptis. Pedes violaceo-nigri, tarsis flavis. Alæ hyalinæ, apice cellulâque 2^{a} radiali anticè subfuscis.

Cimbici decem-maculatæ valdè affinis.

Fæm. In insulâ Sancto-Domingo.

86. CIMBEX DECEM-MACULATA. Leach., n° 7.

Antennæ luteæ. Caput et thorax nigra. Abdomen suprà vio-

laceo-nigrum incisurâ luteâ, segmentis 3°, 4°, 5°, 6° 7° que maculâ (intermediis 6 majoribus) utrinque flavâ, subtùs nigrum. Pedes violaceo-nigri, tarsis luteis. Alæ fulvo-hyalinæ, apice cellulâque radiali 2ª saturatioribus.

Mas et fæm. In Angliâ et Galliâ.

Nota. An *Tenthr. lutea* Linn. F. Suec.? dom. Leach.

87. Cimbex americana, Leach., n° 3.

Antennæ luteæ, articulis 2 primis nigris, 3° basi, 4° 5° que pallidè fuscescentibus. Caput thoraxque nigra. Abdomen suprà intensè violaceum incisurâ luteâ, subtùs fusco-nigrum. Pedes intensè cyanei, tarsis luteis. Alæ hyalinæ, apice cellulâque radiali anticè fuscescentibus.

Mas. In Georgiâ Americæ.

88. Cimbex fuscipennis. Leach., n° 1.

Antennæ luteæ, articulis 3 primis subfuscescentibus. Caput et thorax nigra. Abdomen suprà violaceo-nigricans, segmenti 1ⁱ incisurâ luteâ, subtùs et lateribus luteo-fusco-violaceum. Pedes violaceo-nigri, tibiis obscurioribus, tarsis luteis. Alæ infuscatæ.

Mas. Patria latet.

89. Cimbex lucorum. Fab., n° 2. Oliv. Enc., n° 2. F. Fr., pl. 1, fig. 4. — *Tenthredo lucorum.* De Vill., n° 6. Jurin., pag. 47. Gmel., n° 6. *Trichiosoma lucorum.* Leach., n° 5.

Antennæ nigræ. Caput, thorax abdomenque nigra, pilis cinereo-rufis pubescentia. Pedes fusco-rufi, femoribus nigris. Alæ hyalinæ, apice fuscescentes.

Var. Tibiis nigris, tarsis luteis.

Labium maris magnum paulò longius quàm latum, rotundatum : fæminæ parvum.

Mas et fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

90. Cimbex unidentata. — *Trichiosoma unidentatum.* Leach., n° 7.

Antennæ nigræ. Caput ferrugineum, mandibulis rufis unidentatis. Thorax ferrugineus. Abdomen nigrum, basi ferrugi-

neum. Pedes lutei, femoribus violaceis. Alæ fulvo-hyalinæ, apice fuscæ.

Mas. Propè Londinum.

91. Cimbex Scalesii. — *Trichiosoma Scalesii.* Leach., n°6.

Antennæ nigro-æneæ. Caput nigrum, mandibulis bidentatis apice rufescentibus. Thorax abdomenque nigro-ænea. Pedes lutei, femoribus purpureo-violaceis.

Maris mandibulæ parvæ, labrum latius quàm longum anticè rotundatum: fæminæ labrum parvum.

Mas et fæm. In Angliâ.

92. Cimbex Latreillii. — *Trichiosoma Latreillii.* Leach., n° 4.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, mandibulis apice rufo-ferrugineis. Thorax æneo-niger. Abdomen suprà nigro-purpurascens, subtùs æneo-nigrum. Pedes lutei, femoribus violaceis. Alæ fulvo-hyalinæ, apice fuscæ.

Labrum maris ferè rotundatum.

Var. Antennarum articulis 4° 5° que ferrugineis.

Mas et fæmina. In Galliâ?

93. Cimbex trichiosoma. — *Trichiosoma marginale.* Leach., n° 3.

Antennæ luteæ articulis 2 baseos nigris. Caput nigro-æneum, mandibulis apice rufis, labroque paulò latiori quàm longo, lateribus anticis subdilatatis, apice subrotundo. Thorax nigro-æneus. Abdomen nigro-æneum, subtùs et lateribus luteo maculatum. Pedes lutei, femoribus violaceis. Alæ fulvo-hyalinæ, apice fuscæ.

Mas. Patria ignota.

94. Cimbex lateralis. — *Trichiosoma laterale.* Leach., n° 2.

Antennæ nigræ. Caput saturatè nigro-æneum, mandibulis nigris apice piceis (utrisque valdè tridentatis), labro magno, longiori quàm lato, subrotundato. Thorax nigro-æneus. Abdomen nigro-æneum, subtùs et lateribus luteum. Pedes lutei, femoribus cyaneo-atris. Alæ fulvo-hyalinæ, apice fuscæ.

Mas. Propè Londinum.

95. Cimbex sylvatica. — *Trichiosoma sylvaticum*. Leach., n° 1.

Antennæ nigro-æneæ, articulis 4° 5° que sæpius rufescentibus. Caput nigro-æneum, mandibulis apice rufis (dextrâ dentibus obsoletis), labro mediocri, longiori quàm lato, distinctè pentagono. Thorax nigro-æneus. Abdomen suprà nigro-æneum, subtùs luteo sordidè marginatum. Pedes lutei, femoribus cyaneo-nigris. Alæ fulvo-hyalinæ, apice fuscæ.

Var. 1°. Alis apice maximè fusco. 2°. Abdomine subtùs et lateribus rufescenti-luteis.

Fæm. Propè Londinum.

96. Cimbex Vitellinæ. Fab., n° 8. Oliv. Enc., n° 9. — *Tenthr. Vitellinæ*. Jurin., pag. 47. Lesk., n° 64. De Vill., n° 5. Gmel., n° 5.

Antennæ subpiceo-nigræ. Caput thoraxque nigra, pilis cinereo-rufis hirta. Abdomen suprà segmento 1° nigro, cæteris ferrugineo-testaceis, dorso latè nigro; subtùs cum ano ferrugineo-testaceum. Pedes lutei, femoribus nigris, posticis 4 incrassatis et unidentatis. Alæ hyalinæ. Sic mas.

Cimbex Vitellinæ Oliv. Enc., n° 9, differt, abdominis segmentis subtùs nigro utrinquè maculatis.

Fæmina differt secundùm dom. Jurine : Abdominis lateribus minùs ferrugineo-testaceis, dorso latiùs nigro.

Mas. V. In agro Campaniensi. Mus. dom. Serville.

Nota. Cimbex esset dom. Leach.

97. Cimbex Amerinæ. Fab., n° 5. Oliv. Enc., n° 4. — *Tenthredo rufa*. De G. Retz., n° 295. *Tenthr. amerinæ*. De Vill., n° 4. Panz., fig. 1. Scop., n° 720. Jur., p. 47. Lesk., n° 65. Gmel., n° 4. De G., n° 3. Schæff. Icon. Tab. 90, fig. 8 et 9. Elem. Tab. 51. *Clavellaria amerinæ*. Dom. Leach., n° 1.

Antennæ nigræ, apice ferrugineæ. Caput nigrum, labro clypeoque albidis, pilis cinereis hirtum. Thorax niger, cinereo-pilosus. Abdomen suprà nigrum, ano testaceo; subtùs ferrugineo-testaceum. Pedes ferrugineo-testacei, femoribus nigris cinereo-villosis. Alæ hyalinæ. Sic mas.

Fæm. Ex Oliviero differt : Abdominis parte superiori ferè omninò testaceâ, femoribusque cœruleo-nigris.

Mas. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

98. CIMBEX MARGINATA. Fab., n° 6. Oliv. Enc., n° 5. Ins. Lig. Fasc. 1, n° 3, tom. 1, pag. 49 *Tenthredo marginata*. Schranck., n° 640. De Vill., n° 2. Panz., fig. 14. Jurin., pag. 47. Lesk., n° 63. Gmel., n° 2. *Clavellaria marginata*. Leach., n° 2.

Antennæ nigræ, apice ferrugineæ. Caput nigrum pilis cinereis hirtum, labro clypeique anticâ parte albidis. Thorax niger, cinereo-pilosus. Abdomen subglabrum, suprà segmentis 1° 2°-que omninò nigris; cæteris nigris, margine inferiori albido in 3° et 4° interrupto : omnibus subtùs nigris luteo marginatis; ano ferrugineo. Pedes testacei, femoribus nigris. Alæ hyalinæ, apice subfuscæ, nervuris albidis.

Fæm. V. In agro Campaniensi. Mus. Dom. Serville.

†† *Zaræa* et *Abia*. Leach. — *Tenthredinis spec.* Jur., Fam. 1æ.

Caput latitudine thoracem non æquans. Oculi maris approximati. 1i abdominis segmenti incisura nulla. Cætera ut in 1a subdivisione.

99. CIMBEX FASCIATA. Fab., n° 9. Oliv. Enc., n° 10. — *Tenthredo fasciata*. De Vill., n° 7. Panz., fig. 15. Jurin., pag. 47. Schæff. Icon. Tab. 11, fig. 3, mala. Gmel., n° 7.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, subæneum. Thorax niger, subæneus, parte posticâ quæ abdomen attingit albidâ diaphanâ. Abdomen nigro-æneum, segmento 1° albido diaphano. Pedes fuscè testacei, femoribus nigris. Alæ hyalinæ, maculâ mediâ, fasciam mentiente, fusco-nigrâ. Sic fæmina.

Mas differt : nigro-ænæus, segmento abdominis 1° concolori, secundùm dom. Jurine.

Fæmina. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. Sola Genus *Zaræam* Leach efformant.

100. Cimbex nigricornis. — *Abia nigricornis*. Leach., n° 1. *Cimbex sericea*. Oliv. Enc., n° 11. Si descriptioni gallicè scriptæ creditur. *Cimbex sericea*. Var. Fab., n° 10, à dom. Allioni ex Italiâ missa. *Tenthredo nitens*. De G., n° 26, fæm. *Tenthredo flavipes*. De G. Retz. *Tenthredo sericea*, fæm. Panz., fig. 17. Exclusis synonimis Fabricii et Linnæi.

Antennæ nigræ. Caput et thorax nigro-ænea, subvillosa. Abdomen viridi-æneum. Pedes lutei, femoribus nigro-æneis. Alæ luteo-subfuscæ nebulis in mediâ parte et apice fuscis. Sic fæmina.

Mas differt : abdominis maculâ dorsali minùs distinctâ quam in *Cimbice nitenti*, latiori et segmentorum 4ⁱ, 5ⁱ 6ⁱ que tantùm medium occupante, nebulis alarum fuscioribus.

Mas et fæm. In agro Campaniensi. Mus. dom. Serville.

Nota. *Cimbex sericea*, Ins. Lig. Fasc. 3, n° 4, tom. 2, p. 152, dubium synonimum, descriptione nullâ datâ.

101. Cimbex nitens. Oliv. Enc. Si descriptioni gallicè scriptæ creditur, n° 12. F. Fr., pl. 1, fig. 5. — *Abia sericea*. Leach., n° 2. *Cimbex sericea*. Fab., n° 10, cum Var. B. seu *Tenthr. nitente* Linn., mas et fæmina. Sed malè *nitentem* pro fæminâ habet. Exclusis Schæfferi et De Geerii quæ nec specie nec genere conveniunt et Panzeri, fig. 17, synonimis. *Tenthredo nitens*. Scop., n° 721, fæm. *Tenthredo sericea*. Gmel., n° 8. *Tenthredo nitens*. Gmel., n° 10. *Tenthredo sericea*, mas. Panz., fig. 16, mas. Schæff. Icon. Tab. 11, fig. 4, mas. *Tenthredo sericea*. Jurin., pag. 48. Ross., n° 703, mas et fæmina. Lesk., fig. 66. *Tenthredo sericea*. De Vill , n° 8; et *Tenthredo nitens*, De Vill., n° 10 : quamvis utriusque marem et fæminam in musæo suo reperiri dicat; sed tempore in illo sexus non ritè noti. Excluso De Geerii synonimo.

Antennæ luteæ. Caput et thorax nigro-ænea, subvillosa. Abdomen suprà viridi-æneum, subtùs nigro-æneum, lateribus viridi-æneis. Pedes lutei, femoribus basi nigro-æneis. Alæ hyalinæ in medio fuscescentes. Sic fæmina.

Mas differt : abdominis maculâ dorsali nigrâ, segmentorum 4ⁱ, 5ⁱ, 6ⁱ 7ⁱ que medium occupante.

Mas et fæm. V. Passim. Mus. dom. Serville.

Nota. Malè citatum De Geerium ab auctoribus et ipsum erravisse cum suam *Tentredinem*, n° 26, Tab. 38, fig. 34, ad Linnæi *Tenthredinem nitentem* refferret, demonstrat ex figurâ et descriptione antennarum fabrica. Hylotoma est.

102. CIMBEX BREVICORNIS. — *Abia brevicornis*. Leach., n° 3.

Antennæ breves ferrugineæ. Caput et thorax viridi-æneo. Abdomen suprà viride nitens, subtùs æneum purpureo viridi et cœruleo nitens. Pedes flavi femoribus ferrugineis. Alæ hyalinæ, fasciâ transversâ mediâ, maculâ apiceque fuscis.

Sexus latet. In Angliâ ?

††† ***Amasis***. Leach. — ***Cimbicis spec.*** Fab. Oliv. ***Tenthredinis spec.*** Jur. Fam. 2ᵉ. De Vill. Panz. Gmel. Ross.

Cellula cubitalis 1ᵃ excipit 1ᵘᵐ nervum recurrentem, 2ᵃ 2ᵘᵐ.

Antennæ clavato-capitatæ, articulis numerosis, primis 4 baseos distinctis, cæteris in capitulum coadunitis.

Tibiæ 4 posticæ in medio inermes, aculeis apicis acutis.

Mandibulæ bidentatæ.

1ⁱ *Segmenti* abdominalis incisura nulla.

Cætera ut in 1ᵃ subdivisione.

103. CIMBEX JURINÆ. — *Amasis læta*. Leach., n° 2. Excluso Fab. synonimo. *Tenthredo læta*. Jurin., pag. 48. Tab. 6. Panz., fig. 6. *Cimbex læta*. Ins. Lig. Fasc. 1, n° 4, tom. 1, pag. 50.

Antennæ, caput thoraxque nigra. Abdomen, segmentis 1° omninò nigro, 2° nigro lateribus dorsoque luteis, cæteris luteis margine superiori tenui nigro, ano luteo. Pedes lutei, femorum basi nigrâ. Alæ pellucidæ.

Fæminas pinxerunt Jurine et Panzerus. Mas omninò similis.

Mas. V. È Galliâ australiori. Mus. dom. Serville.

104. Cimbex læta. Fab., n° 11. Excluso Panzeri synonimo. F. Fr., pl. 1, fig. 6.

Antennæ, caput thoraxque nigra. Abdomen, suprà segmentis 1° omninò nigro, 2°, 3° 4° que nigris maculâ laterali flavâ, cæteris nigris, margine inferiori flavo; subtùs omnibus luteis, lineâ utrinquè submaculari nigrâ, ano nigro. Pedes flavi, femorum basi latè nigrâ. Alæ hyalinæ, apice subfuscescentes.

Mas et fæm. V. È Germaniâ misit dom. Baumhauer. Mus. dom. Serville.

105. Cimbex obscura. Fab., n° 12. Oliv. Enc., n° 15. — *Amasis obscura*. Leach., n° 1. Excluso Panzeri synonimo. *Tenthredo obscura*. De Vill., n° 12. Gmel., n° 57.

Totus niger, alæ albicantes.

Mas. V. In Galliâ meridionali. Mus. dom. Serville.

106. Cimbex Italica. — *Tenthredo obscura*. Panz., fig. 13. Jurine, pag. 48.

Totus niger, alis subfuscis.

Fæmin. V. Ex Italiâ. Mus. dom. Serville.

†††† *Cimbices dubiæ.*

107. Cimbex quadrifasciata. Oliv. Enc., n° 13. — *Tenthredo quadrifasciata*. De G. Exot., n° 1. Tab. 30, fig. 20.

Antennæ nigræ, clavâ rufâ. Caput et Thorax nigra, pilis hirta. Abdomen nigrum, fasciis 4 sulphureis 1ª interruptâ, ano rufo. Pedes rufi, femoribus nigris. Alæ subfuscæ.

Sexus latet. In Indiâ.

Cui sectioni pertineat, dubitamus.

Nota. *Cimbex vespiformis* Oliv. Enc., n° 16, ad *Celonitem apiformem* Latr. referenda.

108. ? Cimbex lonicerae. — *Tenthredo loniceræ*. Linn. Schranck., n° 692. De Vill., n° 46. Reaum. Tab. 13, fig. 8, 9 et 10.

Fusca, tomentosa, nitens, alis ferrugineis.

Sexus latet. In Galliâ.

Nota. 2ª sectioni pertinere videtur.

109. Cimbex Olivieri. — *Cimbex sylvatica*. Oliv. Enc., n° 14.

Antennæ, caput et thoraxque nigra. Abdomen segmentis 1° nigro, 2° nigro lateribus luteis, cæteris nigris margine inferiori luteo in 3° interrupto. Pedes lutei, femorum maculâ et tibiarum tarsorumque apice nigris. Alæ hyalinæ, nervuris nigris.

Sexus latet. In Europâ meridionali.

Nota. 1°. 3ª sectioni pertinere videtur. 2°. Hic refert celeberr. auctor *Tenthredinem crassicornem* Rossi, F. Etr., n° 704 : cujus diagnosis hæc est : Antennæ, caput thoraxque nigra. Abdomen ferrugineo-flavum, segmentis 6 primis in medio nigro marginatis, anoque rufo. Femora nigra, fasciata; tibiæ rufæ, apice nigro; tarsi rufi. Videtur specie à præcedenti diversa. Observent autoptæ.

h. Perga. Leach. Latr. Nouv. Dict. d'hist. nat., 2ᵉ édit.

Cellula radialis unica appendiculata.

Cellulæ cubitales 4 : 2ª excipit 1ᵘᵐ nervum reccurrentem, 3ª 2ᵘᵐ; 4ª apicem alæ non attingit.

Antennæ clavato-capitatæ, articulis numerosis, primis baseos distinctis, cæteris in capitulum coadunitis. (6-articulatæ : ultimo clavam efformante.)

Mandibulæ unidentatæ.

Tibiæ 4 posticæ in medio unispinosæ, aculeis apicis acutis.

Scutellum subquadratum, posticè utrinque subdentatum.

Nota. 1°. Genus artificiosum, altero die elaborandum : dom. Leach. 2°. Genus optimè naturale cujus caracter, catenam nectit inter *Cimbices* et *Hylotomas*. Idem cellulis variæ formæ, species inter se nimis forsàn distinguit.

110. Perga polita. Leach., n° 1. Tab. 148, fig. 3.

Antennæ flavæ, articulo 3° sequentibus duobus longiore. Caput flavum, mandibulis ferrugineis interiùs posticèque nigris. Thorax ferrugineus, puncto ad alarum basim, maculâ dorsali, aliâ subalari, scutelloque posticè brunneo-flavis. Abdomen suprà violaceo-brunneum, subtùs subviolaceo-ferrugineum. Pedes flavi, femoribus violaceo-ferrugineis, coxisque flavis. Alæ fulvo-

hyalinæ, costâ punctoque marginali ferrugineis, cellulâ radiali elongatâ anticè posticèque acuminatâ.

Mas et fœm. In Australasiâ.

111. Perga bicolor. Leach., n° 2. Tab. 148, fig. 5.

Antennæ nigræ, articulo 3° sequentibus 2 longiore. Caput nigrum, clypeo lateribusque albidis. Thorax niger, humeris scutelloque albidis. Abdomen nigrum. Pedes 2 antici nigri; postici 4 coxis albis, femoribus nigris, tibiis tarsisque albis apice nigris. Alæ hyalinæ, apice fuscæ, costâ nigrâ; cellulâ radiali elongatâ, anticè posticèque acuminatâ.

Fæm. In Australasiâ.

112. Perga Latreillii. Leach., n° 3. Tab. 148, fig. 2.

Antennæ luteo-ferrugineæ, articulis 2 baseos nigris, 3° sequentibus 2 longiore. Caput nigrum, clypeo verticisque maculis albidis. Thorax dorso nigro, pectore lutescente, lateribus margine scutelloque et puncto ad alarum basim albidis. Abdomen suprà luteo-ferrugineum, segmentis 1° 2° que basi utrinquè nigricantibus, subtùs lutescens. Pedes ferruginei, tarsis posticis basi nigris. Alæ hyalinæ, costâ luteâ, cellulâ radiali ovatâ.

Mas. In Australasiâ.

113. Perga dorsalis. Leach., n° 4. Tab. 148, fig. 1.

Antennæ subferrugineo-luteæ, articulo 3° sequentibus 2 longiore. Caput cœruleo-chalybeatum, clypeo labroque ferrugineo-luteis. Thorax cœruleo-chalybeatum, humeris scutelloque et laterum maculâ triangulari ferrugineo-luteis. Abdomen cœruleo-chalybeatum maculâ dorsi magnâ quadratâ sericeâ flavidâ externè serratâ. Alæ fulvo-hyalinæ, costâ punctoque marginali ferrugineis, cellulâ radiali ovatâ.

Mas. In Australasiâ.

114. Perga Kirbii. Leach., n° 5.

Antennæ lutescentes, articulis 3° 4° que æqualibus. Caput et thorax lutescentia, suprà fusco-ferruginea. Abdomen lineare, lutescens, dorso violaceo-ferrugineo. Pedes lutescentes. Alæ hyalinæ, costâ punctoque marginali ferrugineis.

Mas. In Australasiâ.

115. PERGA FERRUGINEA. Leach., n° 6. Tab. 148, fig. 4.

Antennæ luteæ, articulis 3° 4° que æqualibus. Caput ferrugineum, labro, clypeo fronteque luteis. Thorax ferrugineus. Abdomen pallidè ferrugineum. Pedes ferruginei, tibiis 4 posticis et tarsis omnibus luteis. Alæ fulvo-hyalinæ.

Fæm. In Australasiâ.

i. HYLOTOMA. Latr. Nouv. Dict. d'hist. nat. Pal. Bauv. Leach. — *Hylotomæ spec.* Fab. Div. 2^{a}. *Crypti spec.* Jur. Panz. *Tenthredinis spec.* Schranck. Gmel. Lesk. De Vill. De G. De G. Retz. Panz. Geoffr. Fourcr. Ross. Pal. Bauv.

Cellula radialis 1^{a} maxima appendiculata.

Cellulæ cubitales 4 ferè æquales : 2^{a} excipit 1um nervum recurrentem, 3^{a} 2um; 4^{a} apicem alæ attingit.

Antennæ elongato-clavatæ, articulis numerosis, 2 baseos distinctis : maris à tertio pilosæ, articulis subdistinctis; fæminæ magis clavatæ, ad lentem tantùm pilosæ, articulis à tertio indistinctis.

Mandibulæ parvæ, emarginatæ.

† *Tibiæ* 4 posticæ in medio unispinosæ. Antennæ simplices in utroque sexu.

116. HYTOLOMA COERULESCENS. Fab., n° 12. Ins. Lig. Fasc. 1, n° 5, tom. 1, pag. 51. F. Fr., pl. 2, fig. 4. — *Tenthredo cœrulescens.* Panz., fig. 14. Ross., n° 714. *Cryptus cœrulescens.* Jurin., pag. 51. *Tenthredo bicolor.* Schranck., n° 652. Gmel., n° 65.

Antennæ nigræ. Caput violaceo-nigrum, palpis fuscis. Thorax violaceo-nigrum, nitens. Abdomen luteum, ani subtùs nigro-cœrulescentis marginibus ad serram pallidis. Pedes 4 antici nigri, tibiis modò luteis modò nigris; postici 2 lutei, femoribus tibiisque apice nigris. Alæ luteo-hyalinæ, in medio fusco-fasciatæ. Sic fæmina.

Mas nullo modo differt : Jurine, pag. 51.

Fæmina. V. Passim. Mus. dom. Serville.

Nota. 1°. Huic affinis videtur *Tenthredo* Lesk., n° 69, *Tenthredo melanochra* Gmel., n° 100, cujus diagnosis hæc est : Caput et thorax nigra. Abdomen luteum, ano utrinquè lineolâ nigrâ. Pedes, femoribus nigris, tibiis tarsisque flavis. Alæ hyalinæ, maculâ nigrâ. 2°. *Tenthredo cœrulescens* De Vill., n° 74; Gmel., n° 74, Fab. Spec., n° 26, certè non alia est, olim à Fabricio inter *Tenthredines* antennis (septem-nodiis) novem-nodiis malè, exindè inter *Hylotomas* rectè reputata. Idem dicendum de *Tenthredine cyanocroceâ* Forst. Gmel., n° 61, cujus diagnosis hæc est : Antennæ nigræ. Caput thoraxque nigra. Abdomen croceum. Pedes multicolores.

* 117 Hylotoma Fasciata. F. Fr., pl. 2, fig. 1.

Antennæ nigræ. Caput violaceo-nigrum, palpis luteis. Thorax violaceo-nigrum. Abdomen luteum, subtùs utrinquè maculâ in singulo segmento nigrâ. Pedes omnes lutei, femoribus nigris. Alæ luteo-hyalinæ, in medio fusco-fasciatæ.

Major *Hylotomâ cœrulescenti*.

Fæmina. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

* 118. Hylotoma dimidiata. F. Fr., pl. 2, fig. 2.

Antennæ, caput et thorax cœruleo-nigra. Abdomen luteum. Pedes lutei, femoribus omnibus nigris et posterioris paris tibiis tarsisque apice nigris. Alæ pellucidæ.

Fæminæ anus omninò cœruleo-niger.

Mas et fæmina. Passim. Mus. dom. Serville.

119. Hylotoma Stephensii. Leach., n° 6.

Antennæ nigræ. Caput et thorax nigro-violacea. Abdomen flavum. Pedes nigri, albido-villosi, femoribus 4 posticis flavis. Alæ hyalinæ, costâ nigrâ. Antennæ maris longiores.

Mas et fæm. In Angliâ.

120. Hylotoma ustulata. F. Fr., pl. 2, fig. 3. — *Hylotoma Klugii*. Leach., n° 4.

Antennæ nigræ. Caput nigro-æneum, palpis maxillaribus piceis. Thorax et abdomen nigro-ænea. Pedes lutei, femoribus

nigro-æneis. Alæ luteo-hyalinæ, nervuris luteis, maculâ marginali ad medium nigrâ.

Mas et fæmina. V. Passim, Mus. dom. Serville,

Nota. 1°. *Hylotoma ustulata* Fab., n° 5, tibiis solis pallidis : an species diversa ? Ad eamdem referimus *Tenthredinem ochropteram* Fourcr., n° 5. Geoffr., n° 5. De Vill., n° 91. 2°. *Tenthredo nigripes* De G. Retz., n° 298; De G., n° 27, pedibus omninò nigris : an diversa species ? 3°, *Tenthredo ustulata* Panz., fig. 10, alis basi latè nigro cœruleis tibiisque solis pallidis : an diversa species ? Huic referenda *Tenthredo ustulata* De Vill., n° 16. Gmel., n° 13. 4°. *Tenthredo ustulata* aut *Enodis var.* Panz., fig. 12, pedibus omninò pallidis : an diversa species ? 5°. *Dubium synonimum* Leskii, n° 67, cum nulla adsit descriptio. Idem dicendum de Ins. Lig. Fasc. 1, n° 3, tom. 1, pag. 51. 6°. *Tenthredo ustulata* Ross., n° 705, palpis anticis pallidis, uti etiam et tibiæ : an diversa species ?

121. Hytoloma segmentaria. Ins. Lig. Fasc. 1, n° 2, tom. 1, pag. 51. — *Cryptus segmentarius*. Panz., fig. 17. Jurin., pag. 51.

Antennæ nigræ, articulo 1° subtùs albido-pubescente. Caput nigrum, fronte albido-pubescente, palpis pallidis. Thorax niger. Abdomen nigrum, apice albido-pubescens, segmentis omnibus apice tenuissimo albido marginatis. Pedes albi, femoribus nigris (aut, si figuræ creditur, femorum basi latè nigrâ). Alæ ferrugineæ, margine antico imprimis apicem versùs latè fuscæ.

Mas et fæm. In Germaniâ et Liguriâ.

Nota. Var. *Hylotomæ ustulatæ* credit Jurine suprà citatus.

* 122. Hylotoma atro-cœrulea.

Antennæ nigræ. Caput, thorax abdomenque atro-cœrulea. Pedes fusco-testacei. Alæ pellucidæ nervuris maculâque nigris.

Hylot. ustulatâ dimidiato major.

Mas et fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville et dom. Le Breton.

Nota. Huic affinis et certè hujus generis est *Tenthredo cœrulei-pennis* De G. Retz., n° 300 ; De G., n° 29, cujus diagnosis hæc est : Tota atro-cærulea. Antennæ nigræ. Alæ atro-cœruleæ. Hâc extremâ notâ pedibusque corpori concoloribus à nostrâ diversa. Fæminam describit celeberrimus De Geerus.

123. Hylotoma pagana. Ins. Lig. Fasc. 1, n° 12, tom. 1, pag. 53. — *Tenthredo pagana*. Panz., fig. 16. *Cryptus paganus*. Jurin., pag. 51. Lesk., n° 70 et 72. *Tenthredo tricolor*. Gmel., n° 101.

Antennæ nigræ. Caput thoraxque violaceo-nigra. Abdomen luteum. Pedes violaceo-nigri. Alæ fuscescentes.

Mas et Fæm. V. Augustæ Suessionum. Mus. dom. Serville.

124. Hylotoma abdominalis. Leach., n° 7.

Antennæ nigræ. Caput et thorax nigro-cœrulea. Abdomen saturatè flavum. Pedes nigro-cœrulei, tibiis nigris. Alæ fuscæ.

Fæm. In Americæ Georgiâ.

125. Hylotoma clavicornis. Fab., n° 12. — *Tenthredo clavicornis*. Gmel., n° 59.

Antennæ flavescentes basi nigræ. Caput et thorax nigra. Abdomen flavum, ano nigro. Pedes flavi, femoribus nigris. Alæ maculâ marginali fuscâ.

Sexus latet. In Americâ septentrionali.

126. Hylotoma angelica. Leach., n° 2.

Antennæ nigræ. Caput, thorax abdomenque atro-cœrulea. Pedes nigri, albido-villosi. Alæ hyalinæ, fusco-subnebulosæ.

Mas et fæm. In Angliâ.

127. Hylotoma enodis. Fab., n° 10. Ins. Lig. Fasc. 1, n° 4, tom. 1, pag. 51. — *Tenthredo enodis*. Panz., fig. 13. Lesk., n° 68. Schranck., n° 651. Gmel., n° 11. *Tenthredo enodis*. De Vill., n° 14, fæm. Ross., n° 706. *Tenthredo ciliaris*. De Vill., n° 15, mas. Gmel., n° 12. *Cryptus enodis*. Jurin., pag. 51.

Antennæ, caput, thorax abdomenque et pedes cœruleo-fusca. Alæ nigro-fuscæ, apice subhyalinæ.

Mas et fæmina. V. Passim. Mus. dom. Serville.

128. HYLOTOMA THORACICA. Ins. Lig. Fasc. 2, n° 19, p. 11. Tab. 4, fig. 14.

Antennæ nigræ subvillosæ. Caput nigro-cæruleum, mandibulis palpisque nigris. Thorax nigro-cœruleus, dorsi parte mediâ splendidè rubrâ. Abdomen nigro-cœruleum. Pedes nigri, femoribus extùs nigro-cœruleis. Alæ fuscæ, nervuris nigris.

Fæmina. In Liguriâ.

129. HYLOTOMA MAC-LEAGI. Leach., n° 3.

Antennæ nigræ. Caput, thorax abdomenque subæneo-nigra. Pedes femoribus nigris, tibiis tarsisque flavescentibus apice fuscis. Alæ subfuscæ, apice subhyalinæ.

Fæm. In Americæ Georgiâ.

130. HYLOTOMA ROSÆ. Fab., n° 16. Ins. Lig. Fasc. 1, n° 6, tom. 1, pag. 52. — *Tenthredo rosæ*. Panz., fig. 15. De G., n° 28. De G. Retz., n° 299. *Cryptus rosæ*. Jurin., p. 51, marem non novit. Lesk., n° 71. *Tenthredo ochropus*. Gmel., n° 102.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, palpis luteis. Thorax luteus, dorso sternoque nigro. Abdomen flavum. Pedes flavi, tibiis 2 posticis et tarsorum omnium articulis omnibus apice nigris. Alæ luteo-hyalinæ, apice pallidæ. Sic fæmina.

Mas differt : antennis subtùs luteis.

Mas et fæm. V. Passim. Mus. dom. Serville.

Nota. 1°. A Fabricio citata *Tenthredo rosæ* Fourcr., n° 4; Goffr., n° 4 (exclusâ varietate), non omninò convenit. Differt enim : Thorace nigro, humeris solis luteis. Diversas etiam species pro varietatibus habet. 2°. *Tenthredo rosæ* Lesk., n° 114, certè *Hylotomæ rosæ* nullo modo convenit, cum inter suas antennis 7-(9-)-articulatis filiformibus Tenthredines eam militare faciat; quod cætera nullam descriptionem affert. Contrà et loco et descriptione convenit Lesk., n° 71. 3°. *Tenthredo rosæ* De Villers, n° 40, quæ *Tenthredo rosæ* Faun. Suec. Antennis 7-articulatis omninò distincta, cæteris convenit. Synonimi multi excludendi et observatio ex Schranckio allata,

eminenter probat plures confusas esse species à celeberrimo De Villers. Idem dicendum de *Tenthr. rosæ* Ross., n° 726; Gmel., n° 30.

131. HYLOTOMA RUBIGINOSA. — *Tenthredo rubiginosa*. Pal. Bauv., Ins. Afr. et Amer., pag. 98. Tab. 9, hymen., fig. 5.

Antennæ nigræ. Caput, thorax abdomenque rubiginosa. Pedès 2 antici rubiginosi, postici 4 violaceo-nigri. Alæ nigrofuscæ.

Fæm. V. In Americâ septentrionali. Dedit dom. Palissot de Bauvois. Mus. dom. Serville.

132. HYLOTOMA PECTORALIS. Leach., n° 10.

Antennæ nigræ. Caput cyaneo-nigrum. Thorax coccineo-luteus, sterno cyaneo-nigro. Abdomen luteum. Pedes cyaneo-atri. Alæ luteo-hyalinæ.

Fæm. In Americâ septentrionali.

133. HYLOTOMA HUMERALIS. Pal. Bauv., Ins. Afr. et Amer., pag. 99. Tab. 9, hymen., fig. 6.

Antennæ piceæ. Caput violaceo-nigrum. Thorax rubiginosus, dorso sternoque violaceo-nigris. Abdomen rubiginosum, basi subviolaceâ. Pedes violaceo-nigri. Alæ subfuscescentes.

Mas. V. In Americâ septentrionali. Mus. dom. Serville.

134. HYLOTOMA ANALIS. Leach., n° 5.

Antennæ nigræ. Caput et thorax nigro-cœrulea. Abdomen fulvo-flavum, apice nigrum. Pedès nigri. Alæ subfuscæ, apice subhyalinæ.

Var. Pedibus lutescentibus.

Mas. In Americæ Georgiâ.

* 135. HYLOTOMA SCUTELLATA.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, ore rubro. Thorax niger, lateribus scutelloque rubris. Abdomen omninò rubrum. Pedes nigri. Alæ basi latè fuscæ, apice hyalinæ, nervuris nigris.

Mas. V. Patria ignota. Dedit dom. Pal. Bauvois. Mus. dom. Serville.

136. HYLOTOMA COCCINEA. Fab., n° 11.

Antennæ nigræ. Caput coccineum. Thorax coccineus, dorso atro. Abdomen coccineum, immaculatum. Pedes nigri. Alæ obscurè cyaneæ, apice hyalinæ.

Sexus latet. In Carolinâ.

137. HYLOTOMA ERYTHROSOMA. Leach., n° 8.

Antennæ nigræ. Caput, thorax abdomenque coccinea. Pedes nigri. Alæ fuscæ.

Fæm. In Americæ Georgiâ.

138. HYLOTOMA MACULATA. — *Cryptus maculatus*. Jurine, pag. 51. Tab. 6.

Antennæ, caputque nigra. Thorax ferrugineus, maculis tribus dorsalibus nigris. Abdomen ferrugineum, basi fuscâ. Pedes ferruginei. Alæ hyalinæ, nervuris nigris.

Fæm. Patria Ignota.

†† *Tibiæ* 4 posticæ in medio inermes.

Antennæ maris post articulum 2um bifidæ.

Cætera ut in 1a subdivisione.

* 139. HYTOLOMA MARTINI.

Antennæ villosæ nigræ. Caput nigrum, palpis flavis. Thorax flavus. Abdomen flavum, segmentis 4 posticis anoque violaceo-nigris. Pedes flavi. Alæ flavescentes, apice fuscæ.

Mas. V. È Brasiliâ attulit viator Martin. Mus. dom. Serville.

††† *Cellula cubitalis* 2a excipit 1um nervum recurrentem: 2us nervus ad nervuram 2æ 3æ que cellulæ cubitali communem recurrit.

Antennæ fæmineæ villosæ, clavato-subcapitulatæ.

Tibiæ 4 posticæ in medio unispinosæ.

Cætera ut in 1a subdivisione.

* 140. HYLOTOMA MELANOCEPHALA.

Antennæ nigræ, articulis 2 baseos luteis. Caput nigrum, sub antennis luteum, ore luteo. Thorax luteus, dorso testaceo-fusco vario. Abdomen testaceum, subtùs pallidius. Pedes lutei, tibiis tarsisque posticis fuscis. Alæ subfuscæ, nervuris fuscis.

Fæm. V. Patria ignota. Mus. dom. Serville.

†††† *Hylotomæ dubiæ.*

142.? Hylotoma Americana. Fab., n° 14. — *Tenthr. Americana*. De G. Retz., n° 301. De G. Exot., n° 1. Gmel., n° 9.

Antennæ nigræ. Caput viride nitens, ore luteo, oculis fuscis, stemmatibus roseis. Thorax luteus. Abdomen cœruleum nitidum. Pedes 4 antici lutei; postici magni, incrassati, nigri. Alæ violaceæ nitidæ, ad marginem exteriorem hyalino-fuscæ.

Sexus latet. In Surinamo.

Nota. 1°. Antennas sensim crescentes, 7-articulatas describit De Geerius. 2°. *Tenthredo Americana* De Vill., n° 9, inventa in agro Lugdunensi differt (cum, ipso dicente, coloribus iisdem gaudeat) antennis ut in Cimbicibus abruptè clavatis : hinc species esse diversa videtur. Cujus generis sit videant autoptæ. 3°. Hic referenda videtur *Hylotoma Xanthothorax* Leach., n° 9, cujus diagnosis hæc est : Violascente-nigra, pedibus obscurioribus, thorace toto flavo, alis infuscatis apice dilutioribus, antennis nigris.

142.? Hylotoma punctata. — *Tenthredo punctata*. Fourcr., n° 8. De Vill., n° 93. Geoffr., n° 8.

Antennæ nigræ. Caput et thorax nigro-cœrulea. Abdomen nigro-cœruleum, segmenti 1ⁱ maculâ dorsali (incisurâ?) luteâ. Anus maculâ dorsali (an potiùs ani aperturâ)? luteâ. Pedes luteo-testacei. Alæ luteo subfuscæ.

Mas. In agro Parisiensi.

k. Ptilia.

Cellula radialis 1ᵃ, appendiculata.

Cellulæ cubitales 3 : 1ᵃ excipit 1ᵘᵐ nervum recurrentem, 2ᵃ 2ᵘᵐ; 3ᵃ apicem alæ attingit.

Antennæ (fœmineæ) pilosæ, filiformes; articulis numerosis, 2 baseos distinctis.

Tibiæ 4 posticæ in medio inermes.

* 143. Ptilia Brasiliensis.

Antennæ, caput thoraxque nigra. Abdomen nigrum, basi flavum. Pedes nigri, tibiis tarsisque 2 anticis flavis. Alæ basi flavæ, apice nigro-violaceæ.

Fæm. V. È Brasiliâ. Mus. dom. Serville.

144.? Ptilia pubicornis. — *Hylotoma pubicornis*. Fab., n° 5.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, clypeo cinereo pubescente. Thorax niger dorso rufo. Abdomen nigrum. Pedes nigri. Alæ obscuræ, nervurâ exteriori usque ad dimidium nigrâ.

Sexus utrosque novit, ut videtur, citatus auctor. In Americâ meridionali.

Nota. In utroque sexu antennas filiformes asserit Fabricius: Hinc *Ptilia* esse videtur.

145.? Ptilia pilicornis. — *Hylotoma pilicornis*. Leach., n° 1.

Antennæ elongatæ, graciles, nigræ, ciliatæ. Caput, thorax abdomenque atro-cœrulea. Pedes nigri, albido vestiti. Alæ fusco-hyalinæ.

Fæm. In Angliâ.

l. Ptérygophorus. Klug. Latr. Nouv. Dict. d'hist. nat. Leach.

Cellula radialis 1ª appendiculata.

Cellulæ cubitales 3 : 2ª excipit nervos 2 recurrentes; 3ª apicem alæ attingit.

Antennæ, articulis numerosis distinctis, 2 baseos rectis, cæteris obliquè insertis; maris pectinatæ, fæminæ serratæ.

Tibiæ 4 posticæ in medio inermes.

Scutellum subquadratum, posticè utrinquè subdentatum.

146. Pterygophorus interruptus. Leach., n° 1.

Antennæ nigræ. Caput cyaneum. Thorax luteus, dorsi medio, lateribus sternoque cyaneis. Abdomen luteum, fasciâ dorsali mediâ interruptâ cyaneâ. Pedes lutei, femoribus cyaneis, *tarsis* apice nigris. Alæ præsertim anticè subfuscæ.

Antennæ maris 22-articulatæ : fæminæ 18-articulatæ secundùm dom. Leach. An ritè?

Var. B. Fasciâ abdominali duplici.

Pterygophorus interruptus. Klug., Berl. Mag., 1814, p. 279. Tab. 7, fig. 3

C. Abdomine maculâ utrinquè loco fasciæ notato.

D. Mas aliquandò saltem fasciâ integrâ.

Mas et fæm. In Australasiâ.

147. PTERYGOPHORUS CINCTUS. Klug. Leach., n° 2. Tab. 148, fig. 6.

Antennæ serratæ, articulo 1° fusco, sequentibus luteis, extremis fusco-nigris. Caput nigrum, palpis fuscè testaceis. Thorax nigro-violaceus, utrinquè maculâ subhumerali, alterâ subalari, scutello lineâque sub scutello luteis. Abdomen nigro-violaceum, segmento 2°, 6ⁱ margine superiori lateribusque, 7ⁱ maculâ utrinquè laterali, anique dorso luteis. Pedes 4 antici nigri, tibiarum basi luteâ; postici 2 lutei femoribus nigris. Alæ ad marginem exteriorem et interiorem fuscæ, cætera hyalinæ. Sic fæmina.

Antennæ maris pectinatæ, secundùm dom. Leach: Antennas maris 23-articulatas, fæminæ 21-articulatas dicit idem actor. An ritè?

Fæm. V. È Novâ-Hollandiâ. Misit dom. Leach. Mus. dom. Serville.

148. PTERYGOPHORUS CYANEUS. Leach., n° 3.

Antennæ nigræ. Caput cyaneum. Thorax cyaneus, humeris flavis. Adomen cyaneum. Pedes flavi femoribus cyaneis. Alæ hyalinæ, apicem versùs anticè subfuscæ.

Antennæ maris 17-articulatæ, fæminæ 18-articulatæ, secundùm dom. Leach. An ritè? Inter hymenopteros nullæ huc usque observatæ sunt species antennis articulis in fæminâ numerosibus quàm in mare. In Tenthredinetis antennæ numero æquali in utroque sexu lege generali gaudent.

Mas et fæm. In Australasiâ.

m. CRYPTUS. — *Cryptus.* Leach. *Crypti spec.* Jur, *Hylotomæ spec.* Fab. (Div. 1ª 2ªque.) *Tenthredinis spec.* Panz. Ross. De Vill. Coqueb. Lesk.

Cellula radialis 1ª, maxima.

Cellulæ cubitales 4 ferè æquales : 2ª excipit 1um nervum recurrentem, 3ª 2um : 4ª apicem alæ attingit.

Antennæ articulis numerosis, 2 baseos distinctis : maris pilosæ, articulis subdistinctis; fæminæ clavatæ, subpilosæ, articulis indistinctis.

Tibiæ 4 posticæ in medio inermes.

Mandibulæ parvæ emarginatæ.

Nota. *Cryptus* Leach., antennis maris bipartitis, nimis restrictum : nostrum amplius.

149. CRYPTUS FURCATUS. Jur., pag. 51. F. Fr., pl. 2, fig. 5. — *Tenthredo rubi idæi.* Ross., n° 731. Ross. M., n° 241, *Hylotoma furcata.* Fab., n° 8. Ins. Lig. Fasc. 1, n° 1, tom. 1, p. 50. *Tenthredo furcata.* De Vill., n° 19. Tab. 7, fig. 16, mas; et 17, fæmina. Panz., fig. 1, mas. Coqueb., Tab. 3, fig. 4, mas. Reaum., tom. 4, Tab. 9, fig. 6 et 7. *Cryptus Villersii.* Leach., n° 1, at irritè hùc *Hylotomam angelicæ* fæminam affert. Excluso etiam Panzeri synonimo.

Antennæ ciliatæ nigræ. Caput nigrum, palpis luteis. Thorax niger. Abdomen lutescens, segmento 1° nigro. Pedes lutei. Alæ hyalinæ. Sic fæmina.

Mas antennis post articulum 2um bifidis.

Var. Mas et fæm. Alis nebulâ fuscâ.

Mas et fæm. V. In agro Parisiensi et Suessionensi, et in Galliâ meridionali. Mus. dom. Serville.

Nota. 1°. Species hic descripta fortè duplex est. Una nebulâ in alæ medio fuscâ ad punctum marginalem, altera quæ Suessionensis alis omninò hyalinis. 2°. Antennæ ciliatæ in utroque sexu. 3°. Nescimus quo pacto dom. Jurine ignotam nostrati De Villers fæminam asserat, dùm gallicus auctor utrosque

sexus pingit et describit : fæminam verò hisce verbis : minor fæmina, sed similiter colorata. 4°. An hujus generis et distinctæ speciei mas est *Tenthredo* Lesk., n° 121 *b.*; *Tenthredo geminata* Gmel., n° 137; cujus diagnosis hæc est : Nigra, antennis filiformibus, singulâ geminâ, geniculis tibiisque pallidis ?

150. Cryptus Klugii. Leach., n° 2.

Antennæ nigræ. Caput nigrum. Thorax croceo-flavus. Abdomen flavum, ano nigro. Pedes nigri, anticis flavis. Alæ fusco-hyalinæ. Sic fæmina.

Mas differt : thoracis dorso nigro, antennisque post articulum 2um bifidis, valdè ciliatis.

Mas et fæm. In Americæ Georgiâ.

151. Cryptus pallipes. Leach., n° 3.

Antennæ nigræ. Caput, thorax abdomenque æneo-nigra, hoc obscuriore. Pedes pallidi, femoribus æneo-nigris. Alæ hyalinæ, fasciâ obscurâ sub puncto marginali fusco.

Mas. In Angliâ.

152. Cryptus angelicæ. Jur., pag. 51 : F. Fr., pl. 2, fig. 6. — *Hylotoma angelicæ.* Fab., n° 17. Ins. Lig. Fasc. 1, n° 9, tom. 1, pag. 52. *Tenthredo angelicæ.* Panz., fig. 1.

Antennæ nigræ, subciliatæ. Caput nigrum, palpis luteis. Thorax luteus, sterno nigro. Abdomen pedesque lutea. Alæ subfuscentes.

Fæmina. V. In agro Suessionensi. Mus. dom. Serville.

n. Lophyrus. Latr. Leach. — *Pteroni spec.* Jur. Fam. 1a. Panz. *Hylotomæ spec.* Fab. Fam. 1a. Panz. *Tenthredinis spec.* Panz. De G. De G. Retz. De Vill. Gmel. Lesk. Fourc.

Cellula radialis 1a, magna.

Cellulæ cubitales 3 ferè æquales : 1a nervuræ rudimento ferè in duas secta, excipit 1um nervum recurrentem, 2a 2um; 3a apicem alæ attingit.

Antennæ articulis numerosis, distinctis, 2 baseos rectis;

cæteris obliquè insertis; maris pennatæ pilosæ, fæminæ serratæ glabræ.

Tibiæ 4 posticæ in medio inermes.

Mandibulæ tridentatæ.

153. Lophyrus compar. Leach., n° 4.

Antennæ, caput, thorax abdomenque nigra. Pedes pallidi, femoribus nigris. Alæ hyalinæ.

Antennæ fæminæ 16-articulatæ secundùm dom. Leach. An ritè.

Mas et fæm. In Americæ Georgiâ.

154. Lophyrus pini. Latr. N. Dict. d'hist. nat., 2e édit. — *Hylotoma pini*. Fab., n° 7, mas. Exclusis Geoffroyi et Schæfferi synonimis. *Pteronus pini*. Jur., pag. 64, mas. Panz., fig. 17, mas. *Hylotoma dorsata*. Fab., n° 3, fæm. *Tenthredo dorsata*. Panz., n° 9, fæm. De Vill., n° 25. Gmel., n° 65. *Pteronus dorsatus*. Jurin., pag. 64, fæm., ut ipse dicit. *Tenthredo pini*. Linn. Faun. Suec. De G., n° 10. Tab. 36, fig. 15, 16, 17 et 18. De Vill., n° 20, uterque sexus. Lesk., n° 73. Gmel., n° 14. *Tenthredo pectinata major*. De G. Retz., n° 317.

Antennæ nigræ, articulis 2 baseos pallidis. Caput nigrum, ore pallido. Thorax pallidè testaceus, maculis dorsalibus 4 vel 5 nigris. Abdomen pallidè testaceum, faciâ suprà latâ irregulari nigrâ. Pedes testacei. Alæ hyalinæ, nervuris baseos pallidis, apicis fuscis. Sic fæmina.

Antennæ nigræ, articulis 2 baseos testaceis. Caput nigrum, ore testaceo. Thorax et abdomen nigra subvillosa. Pedes pallidi femoribus nigris. Alæ ut in fæminâ.

Mas et fæm. V. In pinetis sylvæ regiæ Fontis Bellandi. Mus. dom. Serville.

155. Lophyrus minor. — *Tenthredo pectinata minor*. De G. Retz., n° 318. De G., n° 11. Tab. 35, fig. 26. *Tenthredo pini minor*. De Vill., n° 21.

Antennæ nigræ, basi lutescente. Caput lutescens, stemmatibus castaneo-fuscis. Thorax lutescens, dorsi maculis tribus

nigris, subtùs lineolis duabus fuscis. Abdomen viride, segmentis omnibus suprà nigro fasciatis, ano nigro. Pedes lutescentes; postici femoribus et tibiarum apice nigro maculatis. Alæ hyalinæ nervuris fuscis. Sic fæmina.

Antennæ, caput thoraxque nigra. Abdomen suprà nigrum, ano pallido; subtùs pallidum. Pedes omninò lutescentes. Alæ hyalinæ. Sic mas.

Mas et fæm. In Europâ septentrionali. De G. Circa Lugdunum De Vill.

156. Lophyrus juniperi. — *Hylotoma juniperi*. Fab., n° 6, mas. *Pteronus juniperi*. Jurin., pag. 64, mas et fæmina. *Tenthredo juniperi*. Panz., fig. 11, fæmina. *Tenthredo juniperi*. Sulz., pag. 185. Tab. 26, fig. 5 et 6. De Vill., n° 23. Gmel., n° 15.

Antennæ omninò testaceæ. Caput thoraxque nigra. Abdomen testaceum, segmento 1° nigro incisurâ albidâ. Pedes luteo-testacei. Alæ hyalinæ nervuris pallidis. Sic fæmina.

Antennæ omninò nigræ. Caput, thorax, abdomen pedesque nigra. Alæ hyalinæ (nervuris nigris?). Sic mas.

Mas et fæm. In Europæ frigidis.

Nota. Ulteriùs autoptis describenda species.

157. Lophyrus laricis. — *Pteronus laricis*. Jur., pag. 64. Tab. 6.

Antennæ luteo-testaceæ. Caput nigrum, mandibulis luteis. Thorax niger, parte anticâ, lineis 2 ad scutellum scutelloque luteis. Abdomen pedesque lutea. Alæ hyalinæ, nervuris nigris. Sic fæmina, ex figurâ citati auctoris.

Antennæ maris nigræ. Describant autoptæ.

Mas et fæm. Patria ignota: an Genevensis ager?

158. Lophyrus americanus. Leach., n° 1.

Antennæ nigræ. Caput luteum. Thorax luteus nigro maculatus. Abdomen saturatè luteum. Pedes lutei. Alæ hyalinæ, basi præsertim subfulvæ.

Antennæ fæminæ 19-articulatæ secundùm dom. Leach. An ritè?

Fæm. In Americæ Georgiâ.

159. LOPHYRUS ABBOTII. Leach., n° 2.

Antennæ nigræ. Caput luteum. Thorax et abdomen ferruginea. Pedes lutei. Alæ subfulvo-hyalinæ.

Antennæ fæminæ 17-articulatæ secundùm dom. Leach. An ritè ?

Fæm. In Americæ Georgiâ.

160. LOPHYRUS PICEÆ. F. Fr., pl. 13, fig. 3 et 4. — *Tenthredo pectinata rufa*. De G. Retz., n° 319. De G., n° 12. *Tenthredo pini rufa*. De Vill., n° 22. *Tenthredo sertifera*. Fourcr. Ent. Par., n° 46.

Antennæ nigræ, basi testaceæ. Caput, thorax, abdomen pedesque testacea. Sic fæmina.

Antennæ nigræ. Caput nigrum. Thorax niger, glaber. Abdomen suprà nigrum, subtùs testaceum apice nigro. Pedes testacei. Alæ hyalinæ. Sic mas.

Mas et fæm. V. In pinetis agri Parisiensis. Mus. dom. Serville.

161. LOPHYRUS FABRICII. Leach., n° 3.

Antennæ nigræ. Caput luteum. Thorax luteus, fusco maculatus. Abdomen pedesque lutei. Alæ subfulvo-hyalinæ.

Antennæ fæminæ 16-articulatæ, secundùm dom. Leach. An ritè ?

Fæm. In Americæ Georgiâ.

162. LOPHYRUS NEMORUM. — *Hylotoma nemorum*. Fab., n° 1.

Antennæ nigræ, basi testaceæ. Caput nigrum flavo-punctatum. Thorax niger parte anticâ punctisque 2 in scutello flavis. Abdomen nigrum fasciâ baseos, punctis marginalibus fasciisque apicis flavis. Pedes flavi.

Fæm. (ut videtur). In Germaniâ.

163. LOPHYRUS FRUTETORUM. — *Hylotoma frutetorum*. Fab., n° 2. Panz., fig. 14.

Antennæ nigræ. Caput nigrum. Thorax niger parte anticâ flavâ. Abdomen nigrum, segmentorum marginibus imprimis ad latera flavis. Pedes flavi.

Fæm. (ut videtur). In Germaniâ.

Nota. Quamvis multis differat figura Panzeriana à Fabricianâ diagnosi, cum ipso Panzero ad unam referimus eas speciem. Diagnosis ex figurâ desumpta differt : Humeris solis flavis, scutello flavo. Abdomen nigrum, segmentis primis unicoloribus, sequentium margine superiori interrupto flavo, 7° vel 8° flavo margine inferiori tenui nigro. Alæ hyalinæ. Videant autoptæ an specie differant.

164. Lophyrus interruptus. — *Hylotoma interrupta*. Fab. n° 4.

Antennæ nigricantes. Caput flavescens. Thorax et abdomen flava, ferè immaculata. Pedes flavi. Alæ hyalinæ; nervura exterior nigra, ante apicem interrupta flava, terminatur maculâ latiori fuscâ.

Fæm. (ut videtur). In Americâ meridionali.

Nota. Dubium tamen est de genere. Antennæ serratæ, quas asserit citatus auctor, ad *Lophyros* aut *Pterygophoros* compellunt.

B. Antennarum articuli 9.

o. Cladius. Klug. Latr. — *Cladius* et *Nemati divisio* 2ª. Leach. *Hylotomæ spec.* Fab. Fam. 1ª. *Tenthredinis spec.* Panz. Fourcr. Geoffr. Ross. *Pteroni spec.* Jur. Fam. 1ª.

Cellula radialis 1ª, magna.

Cellulæ cubitales 3 ferè æquales : 1ª excipit 1um nervum recurrentem, 2ª 2um; 3ª apicem alæ attingit.

Antennæ articulis novem distinctis, 2 baseos rectis, cæteris obliquè insertis; maris pilosæ articulis aliquot appendiculatis, fæminæ subpilosæ.

Tibiæ 4 posticæ in medio inermes.

Mandibulæ tridentatæ.

165. Cladius difformis. Latr. Consid. gen., p. 294. Leach., F. Fr., pl. 12, fig. 4. — *Pteronus difformis*. Jur., p. 64. *Tenthredo difformis*. Panz., fig. 10, mas. *Lophyrus difformis*. Ins. Lig. Fasc. 3, n° 1, tom. 2, pag. 153.

Antennæ nigræ. Caput, thorax abdomenque nigra. Pedes albidi; femoribus nigris, apice albidis. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis. Sic mas.

Fœminam simillimam asserit dom. Jurine. Antennas serratas in fœminâ dicit idem auctor: an ritè?

Antennæ maris, villosæ, articulis 3°, 4° 5° que apice suprà appendiculatis (appendiculus 3i segmenti major, 5i minimus); 3° subtùs ad basim appendiculo incurvo. Figurâ e Pánzeri suprà citati optima.

Mas. V. In agro Campaniensi. Mus. dom. Serville.

166. Cladius Geoffroyi.—*Tenthredo pectinicornis*. Fourc., n° 33. Geoffr., n° 33. Ross., n° 708.

Antennæ nigræ, villosæ, articulis 3°, 4°, 5° 6° que apice suprà appendiculatis, appendiculo 3i albo (sequentibus 3 albis?); 7°, 8° 9° que subappendiculatis : 3° subtùs appendiculo parvo. Caput, thorax abdomenque nigra. Pedes lutei, femoribus nigris. Sic mas.

Fæminam similem, antennis simplicibus vidit dom. Rossi et maria individua omninò descriptioni Geoffroyanæ convenientia.

Mas. Circà Parisios.

Nota. Speciem Geoffroyanam ab omnibus auctoribus pro *Lophyro pini* desumptam, hic absque dubio, antennarum genericâ fabricâ exactè à celeberrimo auctore descriptâ ducti referimus.

* 167. Cladius rufipes. F. Fr., pl. 12, fig. 5.

Antennæ, caput, thorax abdomenque nigra. Pedes testacei. Alæ hyalinæ, nervuris piceis.

Antennæ fæminæ simplices.

Antennæ maris villosæ, articulo 3° subtùs appendiculo incurvo.

Mas et fæm. V. Augustæ Suessionum. Mus. dom. Serville.

* 168. Cladius morio.

Antennæ, caput, thorax abdomenque nigra. Pedes pallidi, femoribus nigris. Alæ hyalinæ, nervuris subfuscis. Sic fæmina.

Mas differt : antennarum articulis 3° 4° que appendiculo apicali parvo donatis.

Mas et fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville et dom. Chevrolat.

* 169. CLADIUS PALLIPES. F. Fr., pl. 12, fig. 6.

Antennæ, caput, thorax abdomenque nigra. Pedes pallidi, tarsis 2 posticis nigris. Alæ hyalinæ, nervuris subfuscis.

Antennæ fæminæ simplices.

Antennæ maris, articulis 3° 4° que appendiculo apicali parvo ornatis.

Mas et fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

p. PRISTIPHORA. Latr. Nouv. Dict. d'hist. nat.

† *Pteroni spec.* Jur. Fam. 3ᵃ. *Tenthredinis spec.* Fab. Panz.

Cellula radialis 1ᵃ, magna.

Cellulæ radiales 3 : 1ᵃ magna excipit nervos 2 recurrentes; 2ᵃ parva, quadrata : 3ᵃ apicem alæ attingit.

Antennæ articulis 9.

Tibiæ 4 posticæ in medio inermes.

Mandibulæ subemarginatæ.

Nota. Invisum genus dom. Leach.

170. PRISTIPHORA MYOSOTIDIS. — *Pteronus myosotidis*. Jur., p. 64. *Tenthredo myosotidis*. Fab., n° 60. Panz., fig. 13. Ins. Lig. Fasc. 1, n° 18, tom. 1, pag. 58.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, ore pallidè testaceo. Thorax niger, humeris pallidis. Abdomen testaceum, segmentorum omnium lineis dorsalibus nigris. Pedes 4 antici pallidè testacei : postici 2 pallidè testacei, femorum tibiarumque apice tarsisque nigris. Alæ hyalinæ, nervuris pallidis.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

171. PRISTIPHORA TESTACEA. Latr. Nouv. Dict. d'hist. nat. — *Pteronus testaceus*. Jur., pag. 64. Tab. 13.

Antennæ caputque nigra. Thorax niger, humeris punctisque 2 sub scutello luteis. Abdomen testaceum. Pedes pallidè testa-

cei, tibiarum 2 posticarum apice fusco. Alæ hyalinæ, nervuris nigris.

Fæmina. In agro Genevensi?

* 172. PRISTIPHORA TESTACEICORNIS. F. Fr., pl. 12, fig. 1.

Antennæ testaceæ, articulis 2 baseos nigris. Caput nigrum, palpis testaceis. Thorax abdomenque nigra. Pedes 4 antici pallidi, femoribus nigro maculatis; postici 2 nigri, tibiis basi latè pallidis. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis.

Mas. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

* 173. PRISTIPHORA PALLIPES.

Antennæ suprà testaceæ, subtùs pallidæ, articulis 2 baseos fuscis. Caput nigrum, ore ferrugineo. Thorax niger, puncto calloso ferrugineo. Abdomen nigrum. Pedes pallidi. Alæ hyalinæ, costâ pallidâ, nervuris fuscis.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Carcel.

* 174. PRISTIPHORA RUFIPES. F. Fr., pl. 12, fig. 2.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, labro testaceo, mandibulisque fuscis. Thorax abdomenque nigra. Pedes testacei, femorum basi nigrâ. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis.

Fæm. V. In Galliâ septentrionali. Mus. dom. Roussel.

* 175. PRISTIPHORA FUSCA.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, ore fuscè testaceo. Thorax abdomenque nigra. Pedes 4 antici pallidi; postici 2 nigri, tibiarum basi latè pallidâ. Alæ hyalinæ, costâ pallidâ, nervuris fuscis.

Mas. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Carcel.

†† *Pteroni spec.* Jur. Fam. 2ª.

Cellula radialis 1ª.
Cellulæ radiales 3 : 1ª parva, rotundata; 2ª longissima excipit nervos 2 recurrentes; 3ª apicem alæ attingit.
Antennæ articulis 9.
Tibiæ 4 posticæ in medio inermes.
Mandibulæ subbidentatæ.

176. Pristiphora atra. — *Pteronus niger*. Jurin., pag. 64. *Pteronus ater*. Jurin. Tab. 6.

Antennæ, caput, thorax abdomenque nigra. Pedes pallidi, femoribus basi nigris. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis.

Mas et fæm. V. Augustæ Suessionum.

* 177. Pristiphora duplex. F. Fr., pl. 12, fig. 3.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, ore fuscè testaceo, palpis pallidis. Thorax niger, humeris pallidis. Abdomen suprà nigrum, subtùs et lateribus anoque pallidis. Pedes 4 antici pallidi, apice fusci; postici 2 fusci, femorum tibiarumque apice pallido. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis, costâ pallidè testaceâ.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Carcel.

††† *Cellula radialis* 1ª.

Cellulæ cubitales 3 : 2ª excipit 1um nervum recurrentem; 3ª 2um et apicem alæ attingit,

Antennæ articulis 9.

Tibiæ 4 posticæ in medio inermes.

* 178. Pristiphora varipes.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, ore albo vario. Thorax abdomenque nigra. Pedes nigri albo varii. Alæ hyalinæ.

Mas. V. Augustæ Suessionum.

q. Nematus.

Nota. Nemato certè congener Genus Messa Leach, cujus antennæ 9-articulatæ; alæ areolis submarginalibus 4, marginali unicâ : corpus breve crassum. Typus hujus generis *Tenthredo hortulana* Klug., nobis tamen non innotuit.

† *Cellula radialis* 1ª, maxima.

Cellulæ cubitales 4 : 1ª parva, subrotundata, cæteris inter se subæqualibus; 2ª excipit 1um nervum recurrentem; 3ª 2um : 4ª apicem alæ attingit.

Antennæ articulis 9.

Tibiæ 4 posticæ in medio inermes.

* 179. Nematus grandis. F. Fr., pl. 10, fig. 1.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, palpis testaceis. Thorax tes-

taceus, dorso, scutello sternoque nigris. Abdomen testaceum, basi suprà subfuscum. Pedes pallidè testacei. Alæ testaceæ, nervuris fuscis.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

* 180. NEMATUS PECTORALIS. F. Fr., pl. 10, fig. 2.

Antennæ nigræ. Caput testaceum vertice fusco. Thorax testaceus, maculis 3 punctisque 2 dorsalibus (nullis scutellaribus) sternoque nigris. Pedes testacei, tarsis fuscis. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis, costâ punctoque marginali pallidis.

Maculæ insuper 2 parvæ in thorace sub ore.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Chevrolat.

* 181. NEMATUS BICOLOR.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, ore albo vario. Thorax abdomenque nigra. Pedes nigri, albo maculati. Alæ hyalinæ.

Mas et fæm. V. In agris Parisiensi et Suessionensi.

* 182. NEMATUS PALLIPES.

Antennæ, caput, thorax abdomenque nigra. Pedes testacei.

Mas et fæm. V. In agro Campaniensi. Mus. dom. Serville.

†† *Nervus* 2us ad nervuram 2^{m} 3^{m} que cellulæ cubitali communem recurrit.

Cætera ut in 3^{a} subdivisione quæ sequitur.

* 183. NEMATUS CLITELLATUS. F. Fr., pl. 10, fig. 3.

Antennæ nigræ. Caput pallidè testaceum, vertice nigro. Thorax niger, humeris, lineolâ utrinquè subalari punctisque 2 in basi scutelli pallidè testaceis. Abdomen testaceum basi suprà fuscâ. Pedes testacei femorum 4 anticorum basi nigrâ. Alæ hyalinæ, nervuris testaceis, costâ punctoque marginali pallidis.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

††† *Nematus.* Jur. Oliv. *Nemati* et *Tenthredinis spec.* Panz. *Tenthredinis spec.* Fab. De G. De G. Retz. DeVill. Geoffr. Fourcr. Lesk. Ross. Gmel. Schranck. *Cræsus* et *Nemati divisio* 1^{a} Leach.

Cellulæ cubitales 4 : 1^{a} parva, ferè rotundata ; 2^{a} magna

excipit nervos 2 recurrentes; 3ª minor, quadrata; 4ª apicem alæ attingit.

Mandibulæ emarginatæ.

Cætera ut in 1ª subdivisione.

X *Antennis* nigris.

184. Nematus septentrionalis. Jur., pag. 60. Oliv., nº 4. Ins. Lig. Fasc. 3, nº 5, tom. 2, pag. 156. — *Tenthredo septentrionalis*. Fab., nº 63. De Vill., nº 46. De G., nº 16. Tab. 37, fig. 26 et 28. Lesk., nº 91. Schranck., nº 672. Ross., nº 716. Panz., fig. 11. Gmel., nº 36. *Tenthredo largipes*. De G. Retz., nº 309. Schæff. Icon. Tab. 167, fig. 5 et 6. *Cræsus septentrionalis*. Leach.

Caput thoraxque nigra. Abdomen nigrum, segmentis 3º, 4º, 5º, 6º 7º que testaceis. Pedes 2 antici testacei, femorum basi nigrâ tibiarumque basi albâ; medii testacei, femoribus nigris, tibiarum basi albâ : postici femorum nigrorum basi albâ, tibiis piceis basi albâ, apice dilatato, tarsis piceis articulo primo elongato maximèque dilatato. Alæ hyalinæ, in medio nebulosæ, nervuris piceis.

Var. Nemero segmentorum abdominis testaceorum.

Marem similem habuit De Geer : Femoribus omnibus et pedibus 2 posticis ejusdem fabricæ omninò testaceis.

Fæm. V. In agris Suessionensi et Parisiensi. Mus. dom. Serville.

* 185. Nematus histrio.

Caput sordidè testaceum, maculâ ad antennarum basim verticeque nigris, clypeo, labro, mandibularumque et palporum basi luteis, ore fusco. Thorax testaceus, dorso nigro vario. Abdomen testaceum, segmento 1º, 7º 8º que et ani maculâ dorsali nigris. Pedes testacei, posterioribus fuscis. Alæ hyalinæ, nervuris testaceis.

Fæm. V. In Galliâ. Mus. dom. Duponchel.

* 186. Nematus nigricornis.

Caput pallidè testaceum, vertice nigro. Thorax niger, humeris pallidè testaceis. Abdomen suprà nigrum, apice luteo,

subtùs pallidè testaceum. Pedes pallidè testacei tarsis posticis fuscis. Alæ hyalinæ, nervuris pallidis.

Mas et fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

* 187. Nematus fallax. F. Fr., pl. 10, fig. 4.

Caput pallidè testaceum, vertice nigro. Thorax niger, humeris et lateribus pallidè testaceis. Abdomen suprà nigrum apice luteo; subtùs pallidè testaceum. Pedes pallidè testacei, femoribus subtùs nigro lineatis. Alæ hyalinæ, nervuris pallidè testaceis. Sic fæmina.

Mas differt : capite aliquandò, thorace abdomineque subtùs nigris.

Var. 1°. Scutello albido, nigro punctato. 2°. Thoracis lateribus nigris. 3°. Humeris nigris.

Mas et fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

* 188. Nematus vittatus. F. Fr., pl. 10, fig. 5.

Caput pallidum, stemmatibus nigris. Thorax pallidus, dorso testaceo, maculis duabus nigris; scutellum testaceum, nigro maculatum. Abdomen pallidum, segmentis omnibus suprà nigris, margine inferiori pallido. Pedes pallidi. Alæ hyalinæ, nervuris testaceis.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

189. Nematus capreæ. Jur., pag. 60. Oliv., n° 1. Ins. Lig. Fasc. 3, n° 7, tom. 2, pag. 157. — *Tenthredo capreæ*. Fab., n° 30, excluso Geoffroyi synonimo. De Vill., n° 127, excluso eodem synonimo. Schranck., n° 685, excluso eodem synonimo. Lesk., n° 126. Gmel., n° 55.

Caput flavum vertice nigro, thorax flavus dorso nigro. Abdomen suprà nigrum, subtùs flavum. Pedes flavi. Alæ hyalinæ, nervuris flavis.

Mas et fæm. Similes secundùm dom. Jurine. In Galliâ.

Nota. Panz., fig. 8, sub nomine *Capreæ* Tenthredinem pingit à nostrâ dissimilem dorso non omninò nigro, sed tantùm maculâ utrinquè dorsali nigrâ, abdomine suprà non omninò nigro, sed ultimis segmentis flavis. An diversa species?

* 190. Nematus melanosternus. — *Tenthredo nigrata.* De G. Retz., n° 310. De G., n° 18. De Vill., n° 86.

Caput pallidè testaceum, vertice nigro. Thorax pallidè testaceus, maculis dorsalibus 3 (nullâ scutellari), sternoque nigris. Abdomen pallidè testaceum, segmentis primis suprà fuscis. Pedes pallidè testacei, tarsis fuscis. Alæ hyalinæ, nervuris pallidè testaceis.

Femina. V. In agro Parisiensi.

* 191. Nematus pavidus. F. Fr., pl. 10, fig. 6.

Caput testaceum vertice nigro. Thorax testaceus dorso sternoque nigris. Abdomen testaceum, segmenti 1i maculâ dorsali subquadratâ nigrâ. Pedes testacei. Alæ hyalinæ, nervuris testaceis.

Fæmina. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

* 192. Nematus interruptus. F. Fr., pl. 11, fig. 1.

Caput nigrum, clypeo, ore maculâque utrinquè ad verticem testaceis. Thorax niger, humeris testaceis. Abdomen testaceum, segmentorum omnium lineâ baseos nigrâ. Pedes omninò testacei. Alæ hyalinæ, nervuris testaceis.

Mas et fæmina. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

* 193. Nematus tæniatus.

Caput nigrum, labro orbitâque oculorum verticali testaceis. Thorax niger lineolâ anticâ pallidâ. Abdomen nigrum, segmentorum omnium margine inferiori tenuissimè pallido. Pedes nigri, femoribus 4 anticis anticè pallido lineatis, tibiis omnibus basi pallidis. Alæ hyalinæ, nervuris nigris, quibusdam baseos et costâ usque ad punctum marginalem pallidis.

Fæmina. In agro Parisiensi. Mus. dom. Doumerc.

194. Nematus hæmorrhoidalis. Ins. Lig. Fasc., n° 24, tom. 2. Tab. 4, fig. 16.

Caput nigrum, clypeo, mandibularum basi maculâque utrinquè ponè oculos albis. Thorax niger puncto calloso flavo. Abdomen suprà nigrum, ani margine albido; subtùs nigrum, apice album. Pedes pallidi, coxis femorumque basi nigris. Alæ hyalinæ.

Mas. In Liguriâ.

* 195. Nematus humeralis.

Caput nigrum, ore pallido. Thorax niger, humeris pallidis. Abdomen nigrum, apice pallido. Pedes pallidi, posticis 2 femoribusque omnibus nigro lineatis.

Mas. V. Augustæ Suessionum. Mus. dom. Serville.

* 196. Nematus Suessionensis.

Caput nigrum, ore pallidè testaceo. Thorax abdomenque nigra. Pedes testaceo-pallidi, tarsis posticis fuscis. Alæ hyalinæ, nervuris pallidis.

Var. Fæmina; humeris testaceo-pallidis.

Mas et fæm. V. Augustæ Suessionum. Mus. dom. Serville.

* 197. Nematus vicinus.

Caput nigrum, mandibulis apice palpisque piceo-nigris. Thorax abdomenque nigra. Pedes 4 antici testacei, postici 2 femoribus testaceis, tibiis testaceis apice fuscis, tarsis fuscis: femorum omnium basi nigrâ. Alæ hyalinæ, costâ nervurisque baseos testaceis, apicis fuscis.

Mas. V. In Galliâ septentrionali. Mus. dom. Roussel.

* 198. Nematus cinctus. F. Fr., pl. 11, fig. 2.

Caput nigrum, mandibulis apice palpisque testaceis. Thorax niger, humeris testaceis. Abdomen nigrum, segmentis 2°, 3° 4° que testaceis. Pedes testacei, tarsis 2 posticis nigris. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis. Sic fæmina.

Mas differt: abdominis segmentis 2°, 3° 4° que testaceis, dorso nigro maculato.

Mas et fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

199. Nematus lucidus. Jur., pag. 60. Oliv. Enc., n° 5. Ids. Lig. Fasc. 3, n° 6, tom. 2, pag. 156. — *Tenthredo lucida*. Panz., fig. 10.

Caput nigrum, ore luteo. Thorax niger, humeris latè testaceis. Abdomen nigrum, segmentis 2 anterioribus (1° 2° que?) maculâ utrinquè testaceâ. Pedes testacei, tarsis posticis nigris. *Alæ hyalinæ* puncto marginali nigro.

Fæminam citat Jurine. Marem pingit Panzerus; at malè: etenim segmenta 9 anumque fingit.

Mas et fæm. È Germaniâ.

200. Nematus intercus. Oliv. Enc., n° 10. Panz., fig. 11. Jur., pag. 60. — *Tenthredo salicis pentandræ*. De Vill., n° 88. De G. Retz., n° 314. *Tenthredo nigra*. De G., n° 24. Tab. 39, fig. 9 et 10.

Caput nigrum, ore pallido, oculorum orbitâ posticâ testaceâ. Thorax niger puncto ad alarum basim humerisque pallidis. Abdomen nigrum. Pedes pallidè testacei. Alæ hyalinæ, nervuris pallidis.

Abdomen subtùs ad anum plùs minùsve luteum.

Var. Orbitâ oculorum posticâ nigrâ.

Fæmina. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. 1°. Citatorum suprà auctorum nosterque *Nematus intercus* specie et forsàn genere differt à *Tenthredine interco* Linn. Faun. Suec., De Vill., n° 122, Gmel. cujus diagnosis hæc est : Antennæ subclavatæ nigræ. Caput, thorax abdomenque nigra. Pedes flavi, larvæ habitatio subcutanea in Arctii, Atropæ, Vulvariæ foliis : dùm nostra in gallis salicum globosis degit. At Nematus esse videtur, speciesque nostro *Interco* proxima. 2°. Huic proxima *Tenthredo salicis cinereæ* De Vill., n° 89; De G. Retz., n° 315; De G., n° 25, Tab. 38, fig. 31, cujus diagnosis hæc est : Antennæ nigræ. Caput suprà nigrum, subtùs posticèque pallidè luteum. Thorax niger. Abdomen nigrum subtùs testaceum. Pedes testacei. 3°. Omninò in genere et specie dubii sumus de *Tenthredinibus rumicis* De Vill., n° 123; Reaum., Tab. 10, fig. 14. *Ulmi* De Vill., n° 124; Reaum., Tab. 10, fig. 16. *Pruni* De Vill., n° 125; Reaum., Tab. 12, fig. 16, quarum diagnosis nulla extat.

201. Nematus proximus.

Caput nigrum, ore pallido. Thorax niger, puncto ad alarum basim pallido. Abdomen nigrum subtùs lineâ luteâ mediâ. Pedes pallidi, femoribus tarsisque subfuscis. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis, costâ punctoque marginali basi pallidis.

Nemato interco duplò minor.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Chevrolat.

202. Nematus niger. Jur., pag. 60. Tab. 6. Oliv. Enc., n° 8.

Caput nigrum, mandibulis apice ferrugineis. Thorax niger, humeris, parte anticâ, punctisque sub scutello luteis. Abdomen nigrum. Pedes fuscè testacei. Alæ hyalinæ, nervuris nigris.

Fæm. In Helvetiâ et in Galliâ.

X X *Antennis* non omninò nigris.

203. Nematus salicis. Jur., pag. 60. Oliv. Enc., n° 2. F. Fr., pl. 11, fig. 3. — *Tenthredo salicis*. Fab., n° 52. De Vill., n° 31. Excluso Geoffr. synonimo. De G. Retz., n° 307. De G., n° 14. Tab. 37, fig. 19 et 20. Fourcr., n° 20. Geoff., n° 20. Lesk., n° 90. Ross., n° 710. Gmel., n° 21.

Antennæ suprà nigræ; subtùs testaceæ. Caput pallidè testaceum, vertice nigro. Thorax pallidè testaceus, dorso nigro. Abdomen pedesque pallidè testacea, tarsis posticis fuscis. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis.

Var. Sterno nigro.

Mares nostri fæminæ similes. De Geerius suprà citatus eos dicit : Abdomine suprà nigro fasciis aliquot obscuris luteis. An species eadem ?

Mas et fæm. V. Passim. Mus. dom. Serville.

Nota. In hâc specie nervus 2us ferè ad nervuram 2^am^ 3^am^que cellulæ cubitali communem recurrit.

* 204. Nematus fuscipennis. F. Fr., pl. 11, fig. 4.

Antennæ nigræ, subtùs testaceo lineatæ. Caput nigrum, ore maculâque utrinquè suprà oculos testaceis. Thorax niger, puncto calloso testaceo. Abdomen ferrugineo-testaceum, segmenti 1^i^ incisurâ testaceâ, 2^i^ basi latè nigrâ. Pedes testacei, tibiis 2 posticis et tibiarum articulis omnibus apice fuscis. Alæ basi latè fuscæ, apice subhyalinæ, nervuris fuscis punctoque marginali testaceo.

Fæm. V. In Galliâ septentrionali. Mus. dom. Roussel.

* 205. Nematus dimidiatus.

Antennæ testaceæ, suprà nigro lineatæ. Caput nigrum, cly-

pei apice, ore palpisque luteis, mandibulis apice fuscis. Thorax niger, humeris, margine antico posticoque, scutello lateribusque sub alis testaceis. Abdomen testaceum. Pedes testacei, postici 2 tibiis tarsisque apice nigris. Alæ hyalinæ, nervuris piceis.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

* 206. Nematus bipartitus.

Antennæ nigræ, subtùs testaceo lineatæ, præcipuè in fæminâ. Caput nigrum, ore, clypeo maculâque utrinquè ad verticem testaceis. Thorax testaceus, dorso, scutello sternoque nigris. Abdomen testaceum, segmenti 1i lineolâ dorsali nigrâ. Pedes omninò testacei. Alæ hyalinæ, nervuris testaceis.

Mas et fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

* 207. Nematus trimaculatus. F. Fr., pl. 11, fig. 5.

Antennæ testaceæ, suprà fuscæ. Caput nigrum, ore maculâque utrinquè ad oculos testaceis. Thorax testaceus, maculis dorsalibus 3 (nullâ scutellari), sternoque nigris. Abdomen omninò testaceum, serrâ apice nigrâ. Pedes pallidè testacei, postici 2 apice fusci. Alæ hyalinæ, nervuris piceis.

Fæm. V. In Galliâ septentrionali. Mus. dom. Roussel.

* 208. Nematus varius. De G., n° 20. — *Tenthredo viridi-dorsata*. De G. Retz., n° 312.

Antennæ pallidæ, suprà fuscæ. Caput pallidum, vertice nigro. Thorax pallidus, dorso lineolâque subalari nigris. Abdomen subtùs pallidum, suprà pallidè testaceum, macularum testaceo-nigrarum lineâ dorsali interruptâ. Pedes pallidi. Alæ hyalinæ, nervuris pallidis.

Mas. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

* 209. Nematus oblitus.

Antennæ testaceæ, suprà fuscæ. Caput testaceum, vertice nigro. Thorax testaceus, suprà subtùsque fusco varius. Abdomen subtùs cum lateribus, anoque testaceum, dorso nigro. Pedes pallidè testacei. Alæ hyalinæ, nervuris pallidis.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

* 210. Nematus affinis.

Antennæ nigræ, subtùs testaceæ. Caput nigrum, ore pallido,

orbitâ oculorum testaceâ. Thorax niger, humeris testaceis. Abdomen subtùs cum lateribus anoque testaceum, dorso nigro. Pedes pallidè testacei; postici 2 præsertim apice fusci. Alæ hyalinæ, costâ testaceâ, nervuris fuscis.

Mas Nemati obliti?

Mas. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Carcel.

211. Nematus miliaris. Jurin., pag. 60. Oliv. Enc., n° 7. F. Fr., pl. 11, fig. 6.— *Tenthredo miliaris*. Panz., fig. 13.

Antennæ pallidæ, suprà nigro lineatæ. Caput pallidum, vertice oculisque fuscis. Thorax pallidus, dorsi lineolis 3 nigris. Abdomen pallidum, maculis dorsalibus in primis segmentis fuscis. Pedes pallidi. Alæ hyalinæ, nervuris pallidis.

Variat abdominis segmentis omnibus aut nullis maculatis. Deest in nostris punctum ad antennarum basim nigrum, de quo dixerunt citati auctores.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

XXX *Antennis* testaceis.

212. Nematus luteus. Jur., pag. 60. Oliv. Enc., n° 6. F. Fr., pl. 11, fig. 7. — *Tenthredo lutea*. Fab., n° 58.

Caput testaceum, oculis stemmatibusque nigris. Thorax testaceus sterno nigro. Abdomen pedesque testacea. Alæ hyalinæ, nervuris testaceis.

Fæm. V. Augustæ Suessionum. Mus. dom. Serville.

*213. Nematus dorsalis.

Caput testaceum, oculis stemmatibusque nigris. Thorax testaceus, maculis 3 dorsalibus fuscis (nullâ scutellari). Abdomen pedesque testacea. Alæ hyalinæ, costâ pallidè testaceâ, nervuris fuscis.

Fæm. V. In Delphinatu. Mus. dom. Carcel.

214. Nematus flavus. Jur., pag. 60. Oliv., n° 3. *Tenthredo flava*. Fab., n° 39.

Caput, thorax, abdomen pedesque flava. Alæ hyalinæ, nervuris flavis.

Fæm. secundùm dom. Jurine. In Americâ meridionali.

* 215. NEMATUS MELANOPSIS.

Caput pallidum, vertice nigro. Thorax pallidus. Abdomen pallidum, maculis dorsalibus fuscis. Pedes pallidi. Alæ hyalinæ.

Fæm. V. In agro Parisiensi.

216. NEMATUS RUFICORNIS. Oliv. Enc., n° 9.

Antennæ piceo-testaceæ, articulis 2 baseos piceis. Caput nigrum, ore piceo palpisque pallidis. Thorax abdomenque nigra. Pedes 4 antici pallidi, femorum basi nigrâ; postici 2 femoribus nigris basi pallidâ, tibiis pallidis tarsisque nigris. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

r. TENTHREDO.

† *Cellulæ radiales* 2 æquales.

Cellulæ cubitales 4, inæquales : 1ª parva rotundata, 2ª longissima excipit nervos 2 recurrentes; 4ª apicem alæ attingit.

Antennæ articulis 9.

Tibiæ 4 posticæ inermes.

Mandibulæ bidentatæ.

* 217. TENTHREDO AUSTRALIS. F. Fr., pl. 3, fig. 1.

Antennæ suprà nigræ, subtùs testaceæ. Caput testaceum, clypeo maximè emarginato. Thorax suprà testaceus, subtùs niger. Abdomen nigrum. Pedes 2 antici testacei, postici 4 picei. Alæ hyalinæ, nervuris testaceo-fuscis.

Fæm. V. In Europâ meridionali. Mus. dom. Chevrolat.

†† *Allanti spec.* Jur. *Hylotomæ spec.* Fab. Fam. 3ª. *Tenthredinis spec.* Fab. De Vill. Panz. Ross. De G. De G. Retz. Geoffr. Schranck. Panz. Scop. Gmel. Pal.-Bauv. *Allantus* et *Tenthredo*. Leach.

Cellulæ cubitales 4, inæquales : 1ª parva rotundata, 2ª excipit 1um nervum recurrentem, 3ª 2um; 4ª apicem alæ vix attingit.

Antennæ setaceæ.

Abdomen thorace subduplò longius.
Mandibulæ 4-vel bidentatæ.
Cætera ut in 1ª familiâ.

Nota. 1°. Genus *Allantus* Leach, antennarum articulo 3° 4° longiore : Gen. *Tenthredo* Leach, antennarum articulis 3° 4°que æqualibus. Species intermedias multas vidi quæ difficilè alterutri referri possint : cæteras sedulè notavi. 2°. Nervura quæ cellulas radiales separat, nunc recta, nunc vix incurva, de quibus monebimus, nunc valdè incurva. Promiserat celeberrimus Jurine, pag. 52, duplici asterico se notaturum Allantos mandibulis tantùm bidentatis, dùm cæteri quadridentatis gaudeant et certè in hâc immensâ hactenùs familiâ, caracteres ordinis primarii ut multiplicentur necesse est. Nec quidem inoculati nos auctoris citati oblivioni supplere potuimus. Sed cùm eas mandibulis bidentatis donatas species asserat abdomine brevi et nervurâ quæ cellulas radiales separat dignoscendas, has diligenter notavimus differentias. De clypei formâ insuper caracteres addidimus. Sed nihil in istis et Jurinianis et nostro caracteribus quod condendæ divisioni proficiat, invenimus. Nam nervura quæ cellulas radiales separat recta est in *Tenthredine ovatâ*, et in *Tenthr. ephippium* valdè incurva, dùm utræque abdomine brevi sunt et Cryptis Jurinæ staturâ crassâ assimilandæ. Insuper *Tenthredines viridis* et *lutescens* habitu inter se similes, clypeo in primâ maximè emarginato, in 2ª non emarginato gaudent.

X *Abdomine* nigro, alio colore cincto.

* 218. Tenthredo limbata. Gmel., n° 121. Lesk., n° 105.

Caput nigrum, clypeo emarginato angulis utrinquè testaceis, labro, palpis mandibularumque apice testaceis. Thorax niger, humeris pallidis. Abdomen nigrum, segmentis 7 primis suprà subtùsque pallido inferiùs marginatis, 8° testaceo inferiùs marginato, ano testaceo. Pedes pallidè testacei, tarsis tibiarumque apice fuscescentibus. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis, puncto marginali testaceo, nervurâ quæ cellulas radiales separat vix incurvâ.

Antennas integras non vidi : Nigras et setaceas eas existimo.

Fæm. V. In Galliâ septentrionali. Mus. dom. Roussel.

Nota. 1°. Tenthredo esset forsàn dom. Leach. 2°. Conferatur, quamvis multò minor, *Tenthredo fulvivenia* Schranck., n° 682, De Vill., n° 66, Gmel., n° 95, cujus diagnosis hæc est : Antennæ nigræ. Caput nigrum, labro croceo. Thorax niger. Abdomen nigrum, margine segmentorum inferiori lacteo pallido. Alarum costa punctumque marginale crocea. Nobis tamen hæc diversa videtur.

219. Tenthredo alternans. — *Tenthredo multifasciata*. Fourcr., n° 14. De Vill., n° 97. Geoffr., n° 14.

Antennæ nigræ, basi pallidâ. Caput nigrum, clypeo non emarginato, palpis pallidis. Thorax niger. Abdomen nigrum, segmentorum omnium, 1° excepto, margine inferiori luteo-pallido. Pedes pallidi.

Fæmina. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. Tenthredo esset dom. Leach.

220. Tenthredo vespoides. F. Fr., pl. 3, fig. 2. — *Tenthredo vespiformis*. Schranck., n° 662. De Vill., n° 56.

Antennæ luteæ. Caput nigrum, ore clypeoque emarginato luteis. Thorax niger, humeris scutelloque luteis. Abdomen nigrum, segmentorum 1i maculâ utrinque laterali, 2i maculâ dorsali, cæterorum margine inferiori luteis. Pedes lutei, femoribus 4 anticis posticè nigro maculatis, posticis 2 nigris, coxis ejusdem paris luteo ad basim maculatis. Alæ testaceo-fuscæ. Sic fæmina.

Mas differt : abdominis segmento 2° etiam luteo marginato, femoribusque 2 posticis omninò nigris.

Mas et fæm. V. In agris Suessionensi et Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. 1°. Allantus esset dom. Leach. 2°. Quid sit *Tenthredo pallicornis* Ins. Lig. Fasc. 1, n° 7, tom. 1, pag. 56, cui refert dom. Spinola *Tenthr. vespiformem* Schranckii et *pallicornem* Fabricii, nullâ descriptione datâ, omninò ambiguum est.

* 221. Tenthredo bella. F. Fr., pl. 3, fig. 3.

Antennæ nigræ, luteo suprà lineatæ. Caput nigrum, ore clypeoque emarginato luteis. Thorax niger, humeris, scutello,

punctis 2 sub scutello margineque infero luteis. Abdomen subtùs luteum, suprà segmento 1° nigro, incisurâ luteâ, 2° 3° que luteis dorso nigro, 4° omninò luteo, 5° luteo basi nigro marginatâ, 6°, 7° 8° que nigris luteo inferiùs marginatis. Pedes lutei, femoribus nigris, anticis anticè luteis. Alæ subluteo-fuscæ.

Mas tarsis 2 posticis subdilatatis.

Mas. V. In agro Suessionensi. Mus. dom. Serville.

Nota. Allantus esset dom. Leach.

222. Tenthredo zonata. Panz., fig. 9. — *Allantus zonatus*. Jurin., pag. 55. *Tenthredo unifasciata*. Fourcr., n° 7. Geoffr., n° 7.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, ore clypeoque emarginato luteis. Thorax niger, humeris scutelloque luteis. Abdomen nigrum, segmentis 4°, 5° 3ⁱque aliquando margine inferiori et ani apice luteis. Pedes lutei, femoribus nigris. Alæ testaceo-hyalinæ. Sic fæmina.

Mas omninò similis secundùm dom. Jurine.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. Allantus esset dom. Leach.

* 223. Tenthredo latizona. F. Fr., pl. 3, fig. 4.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, ore clypeoque emarginato luteis. Thorax niger, humeris scutelloque luteis. Abdomen subtùs luteum, suprà nigrum segmentis 3°, 4°, 5° 6° que omninò luteis, 2° luteo dorso nigro, 7° nigro lateribus luteis. Pedes lutei, femoribus 4 anticis posticè nigris; posticis 2 tibiarumque ejusdem paris apice nigris. Alæ hyalinæ nervuris fuscis.

Mas tarsis posterioribus dilatatis.

Mas. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. 1°. Allantus esset dom. Leach. 2°. Huic affinis videtur *Tenthredo maculata* Fourcr., n° 6, Geoffr., n° 6, De Vill., n° 92, cujus diagnosis hæc est : Antennæ nigræ. Caput nigrum, labro mandibulisque luteis. Thorax niger, humeris, scutello punctisque 2 sub scutello luteis. Abdomen luteum, segmentis 1°, 2ⁱ que basi, 8° anoque nigris. Pedes, femoribus nigris, tibiis tarsisque luteis nigro variis. Alæ hyalinæ, puncto marginali nigro.

224. TENTHREDO FLAVICORNIS. Fab., n° 31. Panz., fig. 2. Ross., n° 711. De Vill., n° 73. Gmel., n° 70. — *Tenthredo pæcilechroa*. Schranck,, n° 654. De Vill., n° 50. *Tenthredo flava*. Scop., n° 731. Schæff. Icon. Tab. 7, fig. 12. *Allantus flavicornis*. Jurin., pag. 54.

Antennæ flavæ. Caput nigrum, ore, clypeo emarginato palpisque flavis. Thorax niger, dorso flavo. Abdomen flavum, apice latè nigro. Pedes flavi; femoribus posticis nigris, apice flavo, puncto coxarum albido. Alæ flavo-hyalinæ, apice fuscescentes. Sic fæmina.

Var. *Tenthredo luteicornis* Fab., n° 10; Panz., fig. 1; De Vill., n° 72; Gmel., n° 71; Ins. Lig. Fasc. 1, n° 6, tom. 1, pag. 56. — *Allantus luteicornis* Jurin., pag. 54.

Differt: abdominis apice latiùs nigro, segmenti 1ⁱ dorso nigro: thoracis dorso nigro vario; femoribus omnibus basi nigris.

Mas differt: dorso thoracis et abdominis basi et pedibus omninò flavis: abdominis apice non ità latè nigro; alarum apice minùs intensè fusco: pedibus omninò flavis.

Mas et fæmina. V. In Italiâ et Galliâ. Mus. dom. Serville. Var. Mus. dom. Duponchel.

Nota. 1°. *Tenthr. luteicornis* Fab. à notrâ tamen differt thorace toto nigro. 2°. *Tenthredo* Lesk., n° 81; *Tenthredo mucronata* Gmel., n° 108, affinis videtur, cujus diagnosis hæc est: Antennæ luteæ. Caput thoraxque nigra. Abdomen luteum, segmentis ultimis 2, 3, (4-ve) nigris. Alæ hyalinæ, apice fuscæ. 3°. Conferatur etiam *Tenthredo campestris* Linn. Faun. Suec.; De Vill., n° 35; Gmel., n° 25, cujus diagnosis hæc est: Antennæ flavæ. Caput nigrum, puncto ante oculos ferrugineo. Thorax niger, scutello flavo. Abdomen luteum, basi apiceque nigrum. Pedes flavi, femoribus nigris. Alæ maculâ ferrugineâ. Diversa tamen videtur. Nec confundatur cum *Lydâ campestri*, dùm antennæ novem-articulatæ: de quo testis de Villers, qui eam propè Lugdunum inventam vidit. 4°. Allantus esset dom. Leach.

225. TENTHREDO SCUTELLARIS? Fab., n° 51. Panz., fig. 12. Ins. Lig. Fasc. 3, n° 26, tom. 2, pag. 154. — *Allantus scutellaris*. Jurin., pag. 55.

Antennæ testaceæ, suprà fuscæ. Caput nigrum, ore, clypeo non emarginato oculorumque orbitâ luteis. Thorax niger, scutello luteo. Abdomen nigrum, segmentis 3°, 4°, 5° 6° que testaceo-ferrugineis. Pedes testaceo-ferruginei, femoribus 2 posticis nigris. Alæ hyalinæ, nervurâ quæ cellulas radiales separat, vix incurvâ.

Var. 1°. Segmento abdominis 6° plùs minùsve nigro. 2°. Antennis omninò nigris.

Fæmina. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. 1°. Panzeriana Fabricianaque species à nostrâ differt lineâ utrinquè anticâ thoracis albâ, et pedibus 2 posticis nigris, tibiis solummodò in medio ferrugineis. 2°. Tenthredo esset dom. Leach.

226. TENTHREDO STIGMA? Fab., n° 62. Excluso Panzeri synonimo. Ins. Lig. Fasc. 1, n° 19, tom. 1, pag. 58. — *Allantus stigma?* Jur., pag. 55.

Antennæ nigræ, subtùs testaceæ. Caput nigrum, ore luteo, clypeoque vix emarginato luteo basi nigro. Thorax niger, scutello punctisque sub scutello luteis. Abdomen nigrum, segmentis 3°, 4° 5° que testaceo-ferrugineis. Pedes omninò testacei. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. 1°. A *Tenthredine stigma* Fab. differt : Ore luteo, thoracis margine antico punctoque calloso ante alas nigris, et segmento 6° præcedentibus concolori. 2°. A Fabricio citata Panz., fig. 11, *Dolero tristi* convenit. Coquebert, Icon. Tab. 3, fig. 5, nec generis, nec speciei determinationi apta. 3°. Tenthredo esset dom. Leach.

227. TENTHREDO PAVIDA. Fab., n° 13. De Vill., n° 75. Ross., n° 730. Gmel., n° 75. — *Tenthredo rufo-cincta*. De G. Retz., n° 305. De G., n° 8. Tab. 35, fig. 17 et 18. Reaum., tom. 5. Tab. 12, fig. 19, 20 et 21. *Allantus pavidus*. Jurin., pag. 54.

Antennæ nigræ, subtùs piceæ. Caput nigrum, ore, clypeo vix emarginato, oculorumque orbitâ albis. Thorax niger, scutello albo. Abdomen nigrum, segmentis 3°, 4° 5° que testaceis. Pedes testacei; postici 2, femoribus nigris tarsisque albis aut fuscis. Alæ subhyalinæ.

Fæmina. V. In agris Parisiensi et Suessionensi. Mus. dom. Serville.

Nota. Tenthredo esset dom. Leach.

* 228. Tenthredo ornata. F. Fr., pl. 3, fig. 5.

Antennæ nigræ, subtùs piceæ. Caput nigrum, clypeo emarginato luteo maculâ mediâ nigrâ, mandibulis luteo maculatis, labro palpisque luteis. Thorax niger, humeris scutelloque albidis. Abdomen nigrum, segmentis 3°, 4°, 5°, 6° 7° que testaceis lineâ dorsali punctorum nigrorum. Pedes testacei. Alæ hyalinæ.

Var. Numero segmentorum testaceorum.

Fæmina. V. In agris Parisiensi et Campaniensi. Mus. dom. Serville.

Nota. 1°. Distincta à *Tenthr. pavidâ*, lineâ dorsali punctorum n[illegible]orum et femoribus posticis omninò testaceis aut nigro vix maculatis. 2°. Tenthredo forsàn esset dom. Leach.

* 229. Tenthredo neglecta.

Antennæ suprà nigræ, subtùs piceæ. Caput nigrum, ore, clypeo emarginato, oculorum orbitâ maculâque post oculos luteis. Thorax niger, humeris, lineâ anticâ, scutello punctoque sub scutello luteis. Abdomen nigrum, segmentis 3°, 4°, 5° 6° que pallidè testaceis, dorso plùs minùsve nigro. Pedes pallidè testacei, femoribus plus minùsve nigris. Alæ hyalinæ, nervurâ quæ cellulas radiales separat vix incurvâ.

Var. 1°. Ano testaceo. 2°. Abdominis segmentis 2° 7° que latere testaceis.

Mas. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. 1°. Allantus esset dom. Leach. 2°. Non multùm differt *Tenthredo dorsalis* Ins. Lig. Fasc. 2, n° 22, tom. 2, pag. 17, Tab. 4, fig. 15, cujus diagnosis hæc est : Antennæ nigræ, sub-

tùs testaceæ. Caput nigrum, clypeo, labro, mandibulis, palpis, lineolis 2 utrinquè in vertice maculisque 2 ponè oculos albis. Thorax niger, lineâ anticâ, scutelloque albidis. Abdomen nigrum, segmentis suprà 3°, 4°, 5° 6°que rubro-testaceis, puncto nigro in dorso notatis, subtùs lineis 2 nigris. Pedes rufi, coxis nigris albo extùs maculatis. Alæ flavo-subfuscæ. Fæm. In Liguriâ.

230. Tenthredo coryli. Fab., n° 22. Panz., fig. 8. — *Allantus coryli*. Jurin., pag. 54.

Antennæ nigræ, articulis 4 extremis luteo-albidis. Caput nigrum, mandibularum basi, palpis labroque luteo-albidis; clypeo emarginato luteo-albido, basi nigrâ. Thorax niger. Abdomen nigrum, segmentis 1° luteo utrinquè maculato, 4°, 5° 6°que testaceo-ferrugineis. Pedes femoribus nigris, tibiis tarsisque 4 anticis albis, posticè nigro lineatis; posticis â testaceis, tarsorum articulo ultimo nigro coxarumque basi albido maculatâ. Alæ subfuscæ, nervuris fuscis.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. Allantus esset dom. Leach.

* 231. Tenthredo labiata.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, ore anticè albo; clypeo vix emarginato nigro, aliquandò luteo maculato. Thorax niger, scutello albo. Abdomen nigrum, segmentis 3°, 4°, 5°, 6° 7° que testaceis. Pedes testacei; femoribus intermediis subtùs, posticis omninò nigris : tibiis tarsisque posticis fuscis.

Var. Abdominis 8° segmento aliquandò partìm testaceo.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. Allantus esset dom. Leach.

* 232. Tenthredo spreta.

Antennæ nigræ, subtùs piceæ. Caput nigrum, ore, clypeo vix emarginato oculorumque orbitâ albis. Thorax niger, scutello punctoque sub scutello albis. Abdomen nigrum, segmentis 3°, 4°, 5° 6° que subtùs piceo-testaceis, suprà piceo-nigris. Pedes pallidè testacei, femoribus 2 posticis fuscis. Alæ hyalinæ.

Mas et fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. Allantus esset dom. Leach.

233. TENTHREDO LATERALIS. Fab. n° 29, et Voy. en Norw., Par. 1802, pag. 25. De Vill., n° 78. Gmel., n° 67. — *Allantus lateralis*. Jurin., pag. 56. Panz., fig. 18.

Antennæ nigræ, subtùs piceæ. Caput nigrum, palpis luteis, ore anticè oculorumque orbitâ albis; clypeo non emarginato. Thorax niger, humeris albidis. Abdomen nigrum, albo marginatum, segmentis 3°, 4° 5° que omninò, 6ⁱ que parte anteriori suprà testaceis, anoque albo maculato. Pedes testacei, tarsis posticis fuscis. Alæ hyalinæ. Sic fæmina.

Mas differt : capite anticè omninò luteo, thoraceque et abdomine subtùs luteo variegatis.

Mas et fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. Allantus esset dom. Leach.

234. TENTHREDO GRACILIS. Ziegler. F. Fr., pl. 3, fig. 6.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, ore pallidè testaceo, clypeo vix emarginato. Thorax niger. Abdomen nigrum, segmentis 3°, 4°, 5° anoque pallidè testaceis. Pedes pallidè testacei, tarsis posticis fuscis.

Fæm. V. Ex Austriâ misit dom. Ziegler. Mus. dom. Serville qui et ipse in agro Parisiensi invenit.

Nota. Allantus esset dom. Leach.

×× *Abdomine* nigro, alio colore non cincto.

235. TENTHREDO MAURA. Fab., n° 19. Ins. Lig. Fasc. 1, n° 22, tom. 1, pag. 59. F. Fr., pl. 3, fig. 7. — *Tenthredo fagi*. Panz., fig. 14. *Tenthredo solitaria*. Scop., n° 738. *Tenthredo annullaris*. Schranck., n° 655. De Vill., n° 51. Gmel., n° 81. *Allantus maurus*. Jurin., pag. 54.

Antennæ nigræ, antè apicem albæ. Caput nigrum, ore labroque albis; clypeo maximè emarginato, albo, basi nigrâ. Thorax niger. Abdomen nigrum, segmenti 1ⁱ maculâ laterali albâ. Pedes 2 antici, femoribus nigris testaceo suprà maculatis, tibiis tarsisque pallidè testaceis, nigro posticè lineatis; intermedii femoribus testaceis basi nigris, tibiis tarsisque pallidè testaceis, nigro posticè lineatis : postici femoribus nigris, tibiis tarsisque

fuscè testaceis coxarumque basi albo maculatâ. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis. Sic fæmina.

Mas differt : segmentis abdominis 3°, 4° 5° que pallidis.

Mas et fæm. V. In agro Parisiensi. Fæm. Mus. dom. Serville.

Nota. Allantus esset dom. Leach.

* 236. Tenthredo nebulosa.

Antennæ nigræ, articulis 3 extremis albis. Caput nigrum, clypeo emarginato, labro piceo, mandibulis basi luteis apice piceis, palpis testaceis basi nigrâ. Thorax abdomenque nigra. Pedes testacei, femoribus nigris, anticis 4 apice testaceis. Alæ testaceæ, apice violaceo-nebuloso.

Fæmina. V. In Flandriâ circà Insulas. Mus. dom. Roussel.

Nota. 1°. Huic affinis videtur *Tenthredo* Lesk., n° 92, *Tenthredo dealbata* Gmel., n° 111, cujus diagnosis hæc est : Antennæ nigræ, articulis 3 ultimis albis. Caput luteum, mandibulis albis. Thorax abdomenque nigra. Pedes lutei, femoribus nigris. 2°. Allantus forsàn esset dom. Leach.

237. Tenthredo atra.—Lesk., n° 111 *b*. *Tenthredo fuscipes*. Gmel., n° 130. *Tenthredo atra?* Fab., n° 26. Panz., fig. 7, exclusis Schranckii et Scopolii synonimis. *Tenthredo atra*. Fourcr., n° 25. Geoffr., n° 25. Ross., n° 729, excluso Scopolii synonimo. DeVill., n° 36, exclusis Schranckii et Scopolii synonimis. Lesk., n° 84. Gmel., n° 26. Ins. Lig. Fasc. 1, n° 12, tom. 1, pag. 57. *Allantus ater*. Jurin., pag. 55.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, clypeo maximè emarginato albo aut nigro maculâ albâ notato, labro mandibulisque albis, palpis testaceis. Thorax niger, puncto calloso ferrugineo. Abdomen nigrum. Pedes testacei, tarsis 2 posticis nigris. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis.

Caput latitudine thoracem superans.

Fæm. V. Augustæ Suessionum. Mus. dom. Serville.

Nota. Allantus esset dom. Leach.

* 238. Tenthredo microcephala. F. F., pl. 4, fig. 1.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, clypeo vix ac ne vix emar-

ginato albo, labro mandibulisque albis, palpis testaceis, oculorum orbitâ tenui albâ. Thorax niger, scutello albo. Abdomen nigrum. Pedes testacei, tarsis 2 posticis nigris. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville et dom. Carcel.

Nota. 1°. Affinis certè *Tenthredini atræ*; at differt: capite thoracem latitudine vix æquante et clypei formâ. 2°. Allantus esset dom. Leach.

239. Tenthredo rufipes. Ziegler.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, mandibulis ferrugineis, clypeo emarginato. Thorax abdomenque nigra. Pedes ferruginei, tarsis 2 posticis nigris. Alæ hyalinæ, nervurâ quæ cellulas radiales separat, vix incurvâ.

Fæm. V. Ab Austriâ misit dom. Ziegler: In agro etiam Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. Allantus esset dom. Leach.

* 240. Tenthredo trichocera.

Antennæ nigræ villosæ. Caput nigrum, clypeo non emarginato. Thorax abdomenque nigra. Pedes nigri, antici 2 femorum apice tibiarumque basi anticè pallidis. Alæ nigræ, nervuris nigris.

Mas *Tenthredinis nigritæ?*

Mas. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Doumerc.

Nota. 1°. Antennæ in quibusdam Tenthredinibus maribus villosæ, at in hâc specie villosiores, ferè ut in Hylotomis maribus, pilis uno versu directis. 2°. Allantus forsàn esset dom. Leach.

242. Tenthredo nigrita. Fab., n° 47. — *Allantus nigritus.* Jurin., pag. 56. *Tenthredo cœrulescens*. Fourcr., n° 30. De Vill., n° 101. Geoffr., n°. 30. *Tenthredo fuliginosa.* Schranck., n° 670. Gmel., n° 89. *Nematus nigritus*. Ins. Lig. Fasc. 3, tom. 2, pag. 155.

Omninò nigra. Clypeum non emarginatum. Alæ nigræ, nervuris nigris.

Fæmina. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. 1°. Diversa certè *Tenthredo fuliginosa* De Vill., n° 60, cujus diagnosis hæc est : Tota atra, pedibus exceptis. At pedum colorem non indicat : undè dubia species. 2°. Tenthredo esset dom. Leach.

242. TENTHREDO FERA. Fab., n° 38, excluso Geoffroyi synonimo. *Allantus ferus*. Jur., pag. 55. Panz., fig. 16, excluso Geoffroyi synonimo. Coqueb. Icon. Tab. 3, fig. 7.

Antennæ nigræ. Caput nigrum labro albo. Thorax niger, humeris scutelloque albis. Abdomen nigrum utrinquè lineolis duabus approximatis ponè medium (segmentis 5° 6° que lineolâ utrinquè laterali albidâ) anoque albis. Pedes nigri, femoribus posticis maculâ magnâ baseos tibiisque omnibus albis. Alæ obscuræ.

Fæmina. In Galliâ.

Nota. 1°. Tenthredo à Panzero descripta pictaque sic differt: Macularum color flavus nec albus. Labrum flavum et suprà labrum macula alia flava. Abdomen ponè medium lineolis utrinquè 3 flavis maculatum. Femorum duntaxat posticorum basis flavo maculata. Tibiæ omnes et femora antica suprà lineolâ flavâ. Alæ albido-hyalinæ, nervuris luteis. Ipse Panzerus suam ad speciem Fabricianam vix dirigendam esse credit. Tamen auctore dom. Jurine eas conjungimus. 2°. Multùm quidem differre videtur à Fabricio et Panzero citata *Tenthredo* Geoffr., n° 18; quæ est *Tenthredo labiata* Fourcr., n° 18; DeVill., n° 100, cujus diagnosis hæc est : Antennæ nigræ. Caput nigrum, labro luteo. Thorax niger, humeris scutelloque luteis. Abdomen nigrum, apice, subtùs imprimis, luteo. Pedes nigri, femorum basi tibiarumque magnâ parte luteis. Alæ hyalinæ. Marem esse asserit dom. Geoffroyus. 3°. *Tenthredini feræ* comparetur *Tenthredo* Lesk., n° 96; *Tenthredo bifasciata* Gmel., n° 113, cujus diagnosis hæc est : Fusca, ore albo. Thorax fuscus, scutello maculisque 4 ab scutellum albis. Abdomen fuscum, fasciis 2 interruptis flavis. Pedes lutei. Alarum margo luteus. 4°. Allantus esset dom. Leach.

××× *Abdomine* basi nigro, apice testaceo.

243. Tenthredo livida. Fab., n° 21. Panz., fig. 6, fæm. Schranck., n° 657. Lesk., n° 83. De Vill., n° 43. Gmel., n° 33. — *Tenthredo carpini*. Panz., fig. 9, mas. *Tenthredo albicornis*. Fourcr., n° 22. Geoffr., n° 22, fæm. *Allantus lividus*. Jurin., pag. 54.

Antennæ nigræ, ante apicem albæ. Caput nigrum, ore palpisque albis; clypeo maximè emarginato albo, basi nigro. Thorax niger. Abdomen nigrum, segmentis 1° maculâ laterali albâ, 5°, 6°, 7°, 8° anoque testaceis. Pedes testacei, tibiis tarsisque 2 anticis testaceo-pallidis, nigro posticè lineatis, tarsorum 4 posticorum articulo ultimo albido coxarumque posticarum basi albo maculatâ. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis. Sic fæmina.

Mas differt : abdomine subtùs testaceo, suprà segmento 4° toto, 3ⁱ maculâ dorsali pallidè testaceis : pedibus anticis albidis, femoribus nigro lineatis; posticis 4 testaceis, mediis pallidioribus : femorum omnium basi albâ.

Mas et fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. Allantus esset dom. Leach.

244. Tenthredo dimidiata. Fab., n° 61. F. F., pl. 4, fig. 2. — *Tenthredo cordata*. Fourcr., n° 15. Geoffr., n° 15. De Vill., n° 98. *Tenthredo varia*. Gmel., n° 109. Lesk., n° 83. *Allantus dimidiatus*. Jurin., pag. 55.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, ore clypeoque vix emarginato albido. Thorax niger, scutello punctisque 4 sub scutello albis, cruciatim dispositis. Abdomen, segmentis 1°, 2° 3° que nigris, cæteris testaceis. Pedes 4 antici testacei nigro lineati; postici 2 omninò nigri. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis. Sic fæmina.

Var. 1°. Numero segmentorum abdominis testaceorum. 2°. Pedibus posticis testaceis. 3°. Scutello nigro, punctisque sub scutello paucioribus.

Mas differt : orbitâ oculorum tenuiter albidâ : abdominis segmentis 1° 2° que tantùm nigris quod in quibusdam fæminis etiam vidimus : pedibus 4 anticis testaceis, femoribus mediis solis nigro lineatis.

Marem alium vidi in Museo dom. Serville qui differt : oculorum orbitâ clypeoque nigris, femoribus 2 anticis etiam nigro lineatis, tarsorum 2 posticorum articulis 3 extremis albis suprà nigro lineatis. An ejusdem speciei varietas ?

Mas et fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville et dom. Duponchel.

Nota. Tenthredo esset dom. Leach.

XXXX *Abdomine* testaceo.

245. Tenthredo rufiventris. Fab., n° 20. Panz., fig. 6. F. Fr., pl. 4, fig. 3. — *Tenthredo rufipennis*. Fab. Ent. syst., n° 45.

Antennæ nigræ, apice albæ. Caput luteum, vertice parteque posticâ nigris, clypeo vix emarginato. Thorax subtùs et lateribus pallidè testaceum, dorso nigro. Abdomen testaceum, segmento 1° suprà fusco, lateribus testaceis. Pedes testacei, femoribus tibiisque 4 anticis nigro lineatis. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis.

Var. 1°. Antennarum ultimo articulo fusco. 2°. Thorace nigro, humeris pallidis. 3°. Segmento abdominis 2° plùs minùsve suprà fusco.

Mas et fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. Allantus esset dom. Leach.

246. Tenthredo nassata. Fab., n° 59, fæm. Ross., n° 709. Lesk., n° 86. DeVill., n° 48. Gmel., n° 38. — *Tenthredo nassata*. Panz., fig. 2, mas. *Allantus nassatus*. Jur., p. 55.

Antennæ testaceæ. Caput testaceum, ore clypeoque non emarginato luteis. Thorax testaceus, dorso fusco vario, scutello luteo. Abdomen testaceum. Pedes testacei. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis. Sic fæmina.

Var. Testacea tota, ore tantùm luteo.

Mas differt : Antennarum articulis 2 baseos sæpè fusco maculatis; capite luteo vertice fusco.

Mas et fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. Tenthredo esset dom. Leach.

XXXXX *Abdomine* viridi aut albido, nigro vario.

247. Tenthredo viridis. Fab., n° 53. Ross., n° 712. Panz., fig. 2. Lesk., n° 85. Schranck., n° 674. De Vill., n° 37. Gmel., n° 27. Ins. Lig. Fasc. 3, n° 27, tom. 2, pag. 155. — *Tenthredo hebraica*. Fourcr., n° 1. Geoffr., n° 1. Exclusâ varietate. *Allantus viridis*. Jurin., pag. 55.

Antennæ virides, nigro suprà lineatæ. Caput viride, vertice plùs minùsve nigro, clypeo maximè emarginato. Thorax viridis, dorso plùs minùsve nigro vario. Abdomen viride, segmentis sæpissimè in medio nigro maculatis. Pedes virides, femoribus tibiisque nigro lineatis, tarsorumque articulis omnibus apice nigris. Alæ hyalinæ, costâ viridi, nervuris fuscis.

Multùm variat. Imago entomophaga. Vide notam post *Tenthredinem scrophulariæ*.

Mas et fæm. V. Passim. Mus. dom. Serville.

Nota. Allantus esset dom. Leach.

248. Tenthredo melanorhæa. Gmel., n° 136. Lesk., n° 121. F. Fr., pl. 4, fig. 4.

Antennæ luteo-pallidæ. Caput luteo-pallidum, suprà nigro varium, clypeo non emarginato. Thorax luteo-pallidum, suprà fuscum, scutello pallido. Abdomen luteo-pallidum, segmentis abdominis maculâ dorsali fuscâ. Pedes luteo-pallidi. Alæ hyalinæ, nervuris pallidis.

Mas et fæm. V. Augustæ Suessionum. Mus. dom. Serville.

Nota. 1°. Huic affinis videtur *Tenthredo papillosa* De Vill., n° 84; De G. Retz., n° 306; De G., n° 13, Tab. 37, fig. 9, 10, 11, cujus diagnosis hæc est : Caput nigrum, subtùs flavum. Thorax niger, lateribus luteis. Abdomen flavum, serie dorsali punctorum fuscorum. Pedes lutei, apice subfusci. De G. loco citato. 2°. Huic etiam affinis, *Tenthredo viridis?* Ross. M., n° 239, cujus diagnosis hæc est : Statura eadem quàm in *Tenthr. viridi*. Differt colore, thoraceque luteo, subtùs pallidiore, abdomine toto luteo, antennis pedibusque saturatiùs luteis, immaculatis, alis puncto oblongo nigro marginali. Caput et thorax picta caracteribus atris ut in *Tenthredine viridi*. 3°. Allantus esset dom. Leach.

249. Tenthredo interrupta? Fab., n° 54. F. Fr., pl. 4, fig. 5. — *Tenthredo mesomela*. Scop., n° 723. *Tenthredo pini*. De Vill., n° 87. De G. Retz., n° 311. De G., n° 19, Tab. 38, fig. 7.

Antennæ nigræ. Caput subtùs et anticè viride, suprà nigrum, clypeo emarginato. Thorax viridis, dorso nigro, lateribus viridibus nigro lineatis, humeris scutelloque viridibus. Abdomen subtùs viride, suprà nigrum, lateribus viridibus. Pedes virides, femoribus tibiisque nigro lineatis, tarsis nigris. Sic fæmina.

Mas differt : segmentis abdominis 7 primis viridi inferiùs marginatis.

Mas et fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. 1°. Allantus esset dom. Leach. 2°. Huic fortè affinis *Tenthredo rosæ* Scop., n° 722, cujus diagnosis hæc est : Antennæ nigræ. Caput nigrum, sub antennis flavum. Thorax niger, lineâ laterali scutelloque flavis. Abdomen nigrum segmentis, 1°, 2° 3°que margine flavescentibus, omnibus subtùs flavis. Pedes, femoribus flavis viridi maculatis, tibiis apice nigricantibus, tarsis nigris.

Multùm quidem ex Scopolio variat species ab eo descripta : nam in phrasi corpus totum suprà nigrum, subtùs viridi-luteum describit. Variat item ex eodem auctore : Staturâ minore, abdominis lateribus omnibus flavo inferiùs marginatis : tarsis flavo nigroque variis. Plures hìc latitant multùm diversæ species, forsàn à nobis aliàs descriptæ.

250. Tenthredo scripta. Gmel., n° 134. Lesk., n° 118. F. Fr., pl. 4, fig. 6.

Antennæ nigræ, articulis 2 baseos subtùs albis. Caput album, parte posticâ verticeque nigris, clypeo emarginato albo. Thorax subtùs albus, dorsi nigri parte anticâ albo marginatâ (litteram V. efformat), scutello humerisque albis. Abdomen suprà nigrum, subtùs album. Pedes antici albi, nigro lineati; postici 2 nigri, femoribus tibiarumque sæpè annulo inferiori albis.

Var. Antennis subtùs albo lineatis.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. 1°. Allantus esset dom. Leach. 2°. Forsàn hùc afferri debet *Tenthredo rapæ* De Vill., n° 45; Schranck., n° 676; Ross. M., n° 242; Gmel., n° 35, cujus diagnosis hæc est : Corpore atro, ventre, pedibus scutelloque albidis. Parva, subtùs alba, alarum margine nigro, segmentorum abdominis margine tenuissimè flavo, capite thoraceque albo variegatis. *Allantus rapæ*, Jurin., pag. 55; nostra tamen magna, nec abdominis segmentis flavo marginatis.

251. Tenthredo duplex. — Geoffr., n° 1. Var.

Antennæ nigræ, albo lineatæ. Caput nigrum anticè album, clypeo emarginato albo. Thorax albus, dorso nigro albo lineato ferè ut in Tenthr. scriptâ, sterno nigro, humeris scutelloque albis. Abdomen suprà nigrum, subtùs album. Pedes albi, nigro lineati. Sic fæmina.

Mas differt : sterno nigro tantùm lineato. Variat tantisper.

Mas et fæm. V. In agro Campaniensi. Mus. dom. Serville.

Nota. Allantus esset dom. Leach.

* 252. Tenthredo dorsalis. F. Fr., pl. 4, fig. 7.

Antennæ albido-testaceæ. Caput albidum, vertice testaceo, clypeo non emarginato, oculis nigris. Thorax albidè testaceum, scutello albo. Abdomen albidè testaceum, maculâ dorsali fuscâ, radii textorii formam referente, à 2° segmento ad 7um extensâ. Pedes albidè testacei. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis.

Fæm. V. In agro Parisiensi et sylvâ Retziensi. Mus. dom. Serville.

Nota. Allantus esset dom. Leach.

††† *Antennæ* versus apicem crassiores.

Cætera ut in 2ª subdivisione.

X *Abdomine* luteo cincto.

253. Tenthredo scrophulariæ. Fab., n° 1. Geoffr., n° 13. Fourcr., n° 13. Reaum., tom. 5, Tab. 13, fig. 19 et 20. De Vill., n° 27. Schranck., n° 663. Panz., fig. 10. Lesk., n° 75. Ross., n° 722. Gmel., n° 17. Ins. Lig. Fasc. 1, n° 1, tom. 1, pag. 53. — *Allantus scrophulariæ*. Jurin., pag. 54.

Antennæ luteo-testaceæ. Caput nigrum, labro luteo, clypeo emarginato lateribus luteis. Thorax niger, humeris, margine antico, scutello, puncto sub scutello, alioque subalari luteis. Abdomen nigrum, segmentis 1°, 4°, 5°, 6°, 7° 8° que luteo inferiùs marginatis, 2° 3° que lateraliter tantùm luteo maculatis. Pedes lutei, femoribus nigris, anticis 2 anticè luteis, coxisque anticis 2 et posticis 2 luteo maculatis. Alæ præsertim ad basim et partem caracteriscam fuscæ. Sic fœmina.

Mas differt : femoribus anticè luteis.

Imago entomophaga, etiam Telephoras vorans, ut et pleræque Tenthredinetæ luteo-fasciatæ : istæ species antennis vibratilibus gaudent.

Mas et fœm. V. Passim. Mus. dom. Serville.

Nota. Allantus esset dom. Leach.

* 254. Tenthredo meridiana. F. Fr., pl. 5. fig. 1.

Antennæ fulvæ, articulo 1° baseos nigro maculâ laterali luteâ. Caput nigrum, clypeo emarginato. Thorax niger, humeris, margine antico scutelloque luteis. Abdomen nigrum segmentis omnibus, anoque suprà margine inferiori luteis. Pedes lutei, femoribus nigris, anticis 2 anticè luteo lineatis. Alæ luteo-hyalinæ, apice violaceo subnitenti.

Fœm. V. Circà Monspeliacum. Mus. dom. Serville.

Nota. Allantus forsàn esset dom. Leach.

255. Tenthredo pallicornis. Fab., n° 11.

Antennæ pallidæ. Caput nigrum, labro pallido. Thorax niger, margine antico utrinquè albido maculato, scutelloque albo. Abdomen luteum, segmentis omnibus basi nigro marginatis. Pedes flavi, femoribus nigris. Alæ hyalinæ.

Fæmina. V. In agro Parisiensi.

Nota. Allantus forsàn esset dom. Leach.

* 256. Tenthredo captiva. F. Fr., pl. 5, fig. 2.

Antennæ nigræ basi luteâ. Caput nigrum, ore clypeoque emarginato luteis. Thorax niger, humeris luteis. Abdomen suprà nigrum, segmentis 1°, 5°, 7° 8° que luteis, ano luteo; subtùs nigrum, segmento 5° tantùm luteo. Pedes 4 antici lutei,

femoribus nigro maculatis, postici 2 femoribus apice nigris; tibiis luteis apice cum tarsis testaceis. Alæ luteo-hyalinæ. Sic fæmina.

Mas differt : abdominis segmentis 7° 8° que dorso tantùm luteo maculato nigris.

Mas et fæm. V. Passim. Mus. dom. Serville.

Nota. Allantus esset dom. Leach.

* 257. TENTHREDO LUTEIVENTRIS.

Antennæ nigræ, basi luteâ. Caput nigrum, ore clypeoque emarginato luteis. Thorax niger, humeris luteis. Abdomen subtùs luteum; suprà nigrum, segmentis 1°, 5° anoque luteis. Pedes lutei, posterioribus apice nigris, femoribus tibiisque 2 posticis semper, anticis aliquandò nigro maculatis. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis.

Fæmina abdomine subtùs non omninò luteo, quod etiam in maribus variat.

Variat etiam suprà segmentis 7° maculâ dorsali luteâ, 8° luteo.

Mas et fæm. V. Passim. Mus. dom. Serville.

Nota. 1°. Allantus esset dom. Leach. 2°. Huic affinis est *Tenthredo bifasciata* Fourcr., n° 9; Geoffr., n° 9; De Vill., n° 94, cujus diagnosis hæc est : Antennæ nigræ, basi luteâ. Caput nigrum, labro luteo. Thorax niger, humeris luteis. Abdomen subtùs luteum; suprà nigrum, segmentis 1ⁱ margine 5° que luteis. Pedes lutei, postici genubus tarsisque nigris. Alæ hyalinæ, costâ nigrâ. Eadem esse videtur *Tenthredo fasciata* Scop., n° 727.

258. TENTHREDO VESPIFORMIS. Latr. Dict. d'hist. nat. — *Tenthredo rustica*. Fourcr., n° 11. Geoffr., n° 11, pl. 14, fig. 5.

Antennæ nigræ, basi pallidè testaceæ. Caput nigrum, clypeo emarginato basi luteo. Thorax niger, humeris luteis. Abdominis segmenta 2um semper omninò nigrum, 1um, 4um 5um que nigra luteo inferiùs marginata, 8um et anus suprà lutea, 3um, 6um 7um que nunc nigra nunc luteo varia. Pedes pallidè testacei,

femoribus suprà nigris. Alæ subhyalinæ, margine exteriori fuscè testaceo. Sic fæmina.

Mas differt : clypeo toto labroque luteis, antennarum basi femoribusque omninò nigris.

Mas et fæm. V. Passim. Mus. dom. Serville.

Nota. 1°. Allantus esset dom. Leach. 2°. Geoffroyus, ut suprà, ad suam speciem refert *Tenthr.* Linn. Syst. Nat., edit. 10, n° 11, quæ ab aliis omnibus omninò auctoribus neglecta videtur. 3°. Latreillius, ut suprà, ad suam speciem refert *Tenthr.* De G., n° 14, cujus diagnosis hæc est : Antennæ nigræ. Caput nigrum. Thorax niger, humeris luteis. Abdomen fasciis tribus luteis suprà completis, subtùs interruptis luteis, 1ª thoraci proximâ, duobus aliis inter se approximatis et ano proximis ; cætera suprà nigrum, subtùs luteo maculatum. Anus fuscus. Pedes lutei, femoribus nigro submaculatis. Alæ fusciores, nervuris fuscis. Hæc De Geeriana species quæ *Tenthr. vespa* De G. Retz., n° 302, nobis diversa videtur à *Tenthr. vespiformi* Latreillianâ. De Geerus, ut suprà, haud ritè refert ad suam speciem, *Tenthred. rusticam* Linn. cujus fasciæ abdominis luteæ suprà interruptæ. 4°. Multa cum *Tenthredine vespiformi* communia habet *Tenthredo 3-cincta* Fab., n° 5, cujus diagnosis hæc est : Antennæ nigræ, articulo 1° rufo. Caput nigrum, mandibulis rufis, clypeo basi luteo. Thorax niger lineâ anticâ cum humeris luteâ. Abdomen nigrum, segmento 1° 4°, 5° anoque flavis. Pedes flavi, femoribus extùs nigris. Alæ obscuræ. Hæc est : *Allantus tricinctus*. Jur., pag. 54. *Tenthredo tricincta*. Ins. Lig. Fasc. 3, n° 23, tom. 2, pag. 153. An cum Latreillianâ confundenda species ?

259. Tenthredo subulata. Gmel., n° 107. — Lesk., n° 79 *b*.
Antennæ nigræ. Caput et thorax nigra. Abdomen nigrum, segmentis 2°, 3°, 4° 5° que margine inferiori luteo. Pedes femoribus nigris, tibiis luteis, tarsis luteis nigro annulatis.
Sexus latet. In Europâ.

260. Tenthredo flaveola. Gmel., n° 104. — Lesk., n° 77.
Antennæ nigræ, basi luteâ. Caput nigrum, ore luteo. Ab-

domen nigrum, suprà lateribus et segmentis 1°, 2°, 3°, 4° 5° que luteis, subtùs segmentorum margine luteo. Pedes lutei.

Sexus latet. In Europâ.

261. TENTHREDO MARGINELLA. Fab., n° 2. Panz., fig. 7. Ins. Lig. Fasc. 1, n° 2, tom. 1, pag. 53, exclusis Schranckii et Gmelini synonimis. — *Allantus marginellus*. Jurin., pag. 54.

Antennæ nigræ, basi sæpiùs luteæ. Caput nigrum, ore clypeoque emarginato luteis. Thorax niger, humeris maculisque lateralibus luteis. Abdomen nigrum, segmentis 1°, 4°, 5°, 6° 8° que luteo inferiùs marginatis, 2°, 3° 7° que lateraliter luteo maculatis. Pedes lutei, femoribus posticè tibiis tarsisque apice nigris. Alæ hyalinæ, nervuris subfuscis. Sic fæmina.

Var. 1°. Scutello nunc luteo, nunc nigro. 2°. Femoribus omninò luteis.

Mas differt : abdomine subtùs luteo, pedibusque posticis suprà nigro lineatis, tarsis 2 posticis subdilatatis.

Mas et fæm. V. Passim. Mus. dom. Serville.

Nota. Allantus esset dom. Leach.

* 262. TENTHREDO CONFUSA.

Antennæ nigræ, basi luteæ. Caput nigrum, clypeo emarginato labroque et mandibularum basi luteis. Thorax niger, humeris lateribusque luteis. Abdomen nigrum, segmentis omnibus subtùs et lateribus, 6°, 7°, 8° anoque etiàm suprà luteo inferiùs marginatis. Pedes lutei, femoribus nigro maculatis, tibiarum apice tarsisque nigris. Alæ hyalinæ, nervuris nigris.

Tenthr. marginellâ major : differt à præcedentibus abdominis segmentis 1°, 4° 5° que suprà haud luteis.

Fæm. V. Augustæ Suessionum. Mus. dom. Serville.

Nota. Allantus esset dom. Leach.

263. TENTHREDO CINCTA. F. Fr., pl. 5, fig. 3. — *Tenthredo cincta*. Fab., n° 3. Panz., fig. 8. Ross., n° 720, fæmina. *Allantus cinctus*. Fæm. Jur., p. 54. *Tenthredo bicincta*. Schranck., n° 664, excluso Linnæi synonimo. De Vill., n° 41, fæmina. *Tenthredo vaga*. Fab., n° 41, excluso

Faunæ Sueciæ synonimo. Lesk., n° 125. Ross. M., n° 238, mas. *Tenthredo mesomelas*. Gmel., n° 22, mas. *Tenthr. semicincta*. Schranck., n° 665. Panz., fig. 13. De Vill., n° 57. Gmel., n° 86, mas. *Allantus cinctus*. Mas. Jur., pag. 54.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, ore clypeoque emarginato luteis. Thorax niger. Abdomen nigrum, segmentis 3° suprà et lateribus omninò luteo, 4° lateribus luteo, 5° subtùs utrinquè luteo maculato, 8i dorso anoque luteis. Pedes 4 antici lutei, femoribus nigro posticè maculatis; postici 2 femoribus nigris basi luteâ, tibiis luteis àpice nigris, tarsisque testaceis. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis. Sic fæmina.

Mas differt : capite subtùs luteo; thorace subtùs luteo : abdomine subtùs luteo, suprà nigro segmentis 3° luteo basi ad dorsum nigrâ, 4° nigro lateribus luteis, 8° nigro margine infero luteo : pedibus luteis, nigro suprà lineatis : tarsis deniquè 2 posticis subdilatatis.

Mas et fæm. V. Passim. Mus. dom. Serville.

Nota. 1°. Allantus esset dom. Leach. 2°. In maribus nostris antennæ haud filiformes nec pedes omninò lutei, quod de specie suâ *vagâ* narrat Fabricius. 3°. *Tenthredo mesomela* Faun. Suec., De Vill., n° 32, diversa videtur : Abdomine subtùs basi flavo, apice nigro, scutello flavo, situque partium lutearum. 4°. Quid sit *Tenthredo cincta* Ins. Lig. Fasc. 1, n° 3, tom. 1, p. 54, ambiguum est cum nota dom. Spinolæ (venter in fæminâ flavus, in mare niger) omninò repugnet.

264. Tenthredo Rossii. — *Tenthredo tenula*. Scop., n° 725. De Vill., n° 68. Ross., n° 725. *Allantus Rossii*. Panz., fig. 15, excluso Jurinæ synonimo.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, clypeo emarginato. Thorax niger. Abdomen nigrum, segmentis 3° suprà et lateribus luteo, 4° suprà nigro margine infero et lateribus luteis. Pedes 2 antici nigri, femorum apice suprà luteo maculato, tibiis luteis subtùs nigris, tarsisque nigris; postici 4 lutei, femoribus tibiarumque et tarsorum apice nigris. Alæ fuscescentes, costâ flavâ, nervuris fuscis. Sic fæmina.

Mas differt : abdominis segmenti 4ⁱ fasciâ luteâ in dorso interruptâ.

Mas et fæmina. Augustæ Suessionum. Mus. dom. Serville.

Nota. Allantus esset dom. Leach.

* 265. Tenthredo vidua. Ross., n° 715, Tab. 3, fig. 6. — *Allantus Rossii*. Jur., pag. 56, Tab. 6, excluso Panzeri synonimo. *Megalodontes vidua?* Ins. Lig. Fasc., n° 2, tom. 2, pag. 50, excluso Panzeri synonimo, Jurinæ admisso. F. Fr., pl 5, fig. 4.

Antennæ nigræ. Caput atro-violaceum, clypeo emarginato. Thorax atro-violaceus. Abdomen atro-violaceum, segmento 3° albido inferiùs marginato. Pedes atro-violacei, tibiis 2 posticis albidis, apice atris. Alæ atro-violaceæ. Sic fæmina.

Var. Abdominis segmento 4° fasciâ interruptâ albidâ, tibiis 4 anticis anticè albidis.

Mas differt : pedibus omnibus atro-violaceis.

Var. Abdominis segmento 4° maculâ laterali albidâ et tibiis posticis in medio tantùm albido annulatis.

Mas et fæm. V. Circà Monspeliacum. Mus. dom. Serville.

Color ferè *Xylocopæ violaceæ*.

In Italiâ. Mus. dom. Duponchel.

Nota. 1°. Allantus esset dom. Leach. 2°. Vide notam ad *Tarpam cephalotem*.

* 266. Tenthredo succincta. F. Fr., pl. 5, fig. 5.

Antennæ nigræ, basi luteâ. Caput nigrum, ore clypeoque emarginato luteis. Thorax niger, humeris scutelloque luteis. Abdomen nigrum, segmentorum 1ⁱ, 4ⁱ 5ⁱque (et 3ⁱ aliquandò) margine infero, 8ⁱ maculâ dorsali anoque toto luteis. Pedes lutei, femorum maculâ, tibiis apice tarsisque nigris. Alæ hyalinæ, cellulis radialibus fuscis. Sic fæmina.

Mas differt : 1°. Tarsis posterioribus dilatatis; labro, mandibularum basi femoribusque 4 anticis subtùs luteis. 2°. Tibiis tarsisque ferrugineis.

Mas et fæm. V. In agro Suessionensi et Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. 1°. Allantus esset dom. Leach. 2°. Huic affinis videtur *Tenthredo arcuata* Forst. Gmel., n° 66, cujus diagnosis hæc est : Antennæ nigræ, basi flavæ. Caput nigrum, labro flavo. Thorax ater lineâ anticâ, pectoris maculis scutelloque flavis. Abdomen nigrum fasciâ ad basim, arcubus 5 et lateribus flavo virentibus. Alæ hyalinæ, costâ fuscâ.

267. TENTHREDO RUSTICA. Fab., n° 6, excluso de Geerii synonimo. F. Fr., pl. 5, fig. 6, et pl. 7, fig. 2. Lesk., n° 74. Schranck., n° 653, excluso Geoffroyi synonimo. De Vill., n° 26. Ross., n° 719. Gmel., n° 16, fæmina. — *Tenthredo notata*. Panz., fig. 10, fæmina. *Tenthredo carbonaria*. Fab., n° 7. Panz., fig. 10. De Vill., n° 47. Gmel., n° 37, mas. *Tenthredo sulphurata*. Gmel., n° 103. Lesk., n° 76, mas. *Tenthredo rustica*. Ins. Lig. Fasc. 1, n° 4, tom. 1, pag. 54, uterque sexus at synonimia mala. *Allantus rusticus*. Jurin., pag. 54, uterque sexus.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, ore clypeoque vix emarginato luteis. Thorax niger, humeris punctoque ad alarum basim luteis. Abdomen nigrum, segmentis 1° luteo, 5° 6° que fasciâ latâ in dorso interruptâ luteâ, ano suprà luteo. Pedes 4 antici lutei; postici 2 femoribus luteis, apice nigris, tibiis nigris luteo maculatis, tarsis nigris. Alæ hyalinæ, nervuris nigris. Sic fæmina.

Mas differt : Caput nigrum, clypeo, labro palpisque albis. Thorax et abdomen nigra. Pedes 4 antici pallidè lutei; postici 2 nigri, coxis subtùs, tibiarum apice tarsorumque articulis 2°, 3° 4° que albis. In copulâ cepit dom. Spinola.

Mas et fæm. V. Passim. Mus. dom. Serville.

Nota. 1°. Allantus esset dom. Leach. 2°. Huic affinis est, tamen fortè diversa *Tenthredo trifasciata* Fourcr., n° 10, Geoffr., n° 10, De Vill., n° 95, cujus diagnosis hæc est : Antennæ nigræ. Caput nigrum, labro luteo. Thorax niger, humeris luteis. Abdomen nigrum, segmentis 1°, 5° 6° que luteo marginatis, ano luteo. Pedes lutei, postici genubus tarsisque nigris. Alæ fuscæ.

268. TENTHREDO BICINCTA. Fab., n° 4. Lesk., n° 80. Gmel., n° 31. — *Allantus bicinctus*. Jurin., pag. 54.

Antennæ nigræ, articulo 1° albo. Caput nigrum, ore albo. Thorax niger, humeris scutelloque albis. Abdomen nigrum, cingulis duobus (in quibus segmentis ?) anoque albis. Pedes albi, postici nigri, femoribus tibiisque basi albis.

Mas et fæmina. In Italiâ.

269. TENTHREDO VIENNENSIS. Panz., fig. 5. — Schranck., n° 666. Ross., n° 717. De Vill., n° 58. Gmel., n° 87. F. Fr., pl. 5, fig. 7. — *Allantus viennensis*. Jurine, pag. 54.

Antennæ ferrugineæ, basi luteâ. Caput nigrum, clypeo emarginato luteo, labro mandibulisque fuscè ferrugineis. Thorax niger, humeris scutelloque luteis. Abdomen nigrum, segmentis, 2° 3°que exceptis, luteo inferiùs marginatis. Pedes testacei, femoribus luteis nigro maculatis, tibiis basi luteis coxarumque basi luteo maculatâ. Alæ hyalinæ, apice subfuscescentes, nervuris testaceis.

Var. Segmento abdominis 6° luteo non marginato, sed tantùm utrinquè maculato.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. Allantus esset dom. Leach.

XX *Abdomine* testaceo cincto.

* 270. TENTHREDO BRASILIENSIS.

Antennæ pubescentes, nigræ. Caput nigrum. Thorax fulvo-testaceus. Abdomen, segmentis 5 primis fulvo-testaceis; 6° 7°que suprà nigris, subtùs fulvo-testaceis; 8° anoque omninò nigris. Pedum femora omnia fulvo-testacea; tibiæ 2 anticæ fulvo-testaceæ, posticæ 4 nigræ : tarsi 2 antici fulvo-testacei, postici 4 nigri. Alæ fuscescentes, nervurâ quæ cellulas radiales separat rectâ.

Fæm. V. E Brasiliâ. Mus. dom. Serville.

Nota. 1°. Sæpiùs antennis plùs minùsve pubescentibus gaudet fæmineus sexus in Tenthredinetis Americanis. 2°. Allantus forsàn esset dom. Leach.

271. TENTHREDO STRIGOSA. Fab., n° 34. F. Fr., pl. 6, fig. 1.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, ore clypeoque vix emarginato luteis. Thorax niger. Abdomen nigrum, segmentis 3°, 4° que ferrugineo-testaceis, 7^{i} 8^{i} que utrinquè lineâ laterali anoque toto pallidis. Pedes 4 antici pallidè testacei : postici testacei, coxis tibiarum basi tarsisque nigris. Alæ fuscescentes.

Fæm. V. In Galliâ. Mus. dom. Serville.

Nota. Allantus esset dom. Leach.

* 272. TENTHREDO CITREIPES. F. Fr., pl. 6, fig. 2. — *Tenthredo dumetorum*. Fourcr., n° 28. Geoffr., n° 28.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, ore clypeoquè vix emarginato citreis. Thorax niger. Abdomen nigrum, segmentis 3°, 4° 5° que ferrugineo-testaceis. Pedes 4 antici citrei; postici 2 nigri, femoribus testaceis nigro maculatis, coxis citreis. Alæ subhyalinæ.

Mas *Tenthredinis strigosæ ?*

Mas. V. In agris Monspeliensi et Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. Allantus esset dom. Leach.

* 273. TENTHREDO GRATA.

Antennæ nigræ, articulis 2 baseos luteis. Caput nigrum, clypeo maximè emarginato, labro, mandibularum basi palpisque luteis. Thorax niger. Abdomen nigrum, segmentis 2° subtùs et lateribus testaceo, 3° suprà subtùsque testaceo maculâ dorsali nigrâ, 4° 5° que suprà subtùsque testaceis, ani apice testaceo. Pedes lutei, tarsis apice fuscis. Alæ hyalinæ, nervuris baseos testaceis, apicis fuscis, puncto marginali testaceo.

Mas. V. In Galliâ septentrionali. Mus. dom. Roussel.

Nota. 1°. Vix differt : *Tenthredo* Lesk., n° 79, *Tenthredo rubiginosa* Gmel., n° 106, cujus diagnosis hæc est : Antennæ nigræ, basi luteæ. Caput thoraxque nigra. Abdomen nigrum, segmentis 2° ferrugineo dorso nigro, 3°, 4° 5° que ferrugineis. Pedes lutei. 2°. Allantus forsàn esset dom. Leach.

* 274. TENTHREDO MACULIPES.

Antennæ nigræ, articulo 1° luteo, 2° luteo maculato. Caput

nigrum, clypeo maximè emarginato, labro mandibularumque et palporum basi luteis. Thorax niger, humeris luteis. Abdomen nigrum, segmentis 2° subtùs et lateribus testaceo, 3°, 4° 5°que testaceis, 6° testaceo dorso nigro, 7° 8° que nigris lineâ laterali albidâ, ano nigro albido marginato. Pedes lutei, femoribus 4 anticis posticè, posticis 2 anticè posticèque nigro maculatis; tibiis apice nigris : tarsis luteis, omnium articulis apice fuscis. Alæ luteo-hyalinæ, nervuris fuscis, costâ punctoque marginali testaceis.

Mas. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Chevrolat.

Nota. Tenthredo forsàn esset dom. Leach.

275. Tenthredo abietis. Fab., n° 14, excluso Panzeri synonimo. Lesk., n° 89. De Vill., n° 28. Ross., n° 718. Gmel., n° 18. Ins. Lig. Fasc. 1, n° 8, tom. 1, pag. 56. F. Fr., pl. 6, fig. 3. — *Tenthredo annulata*. Fourcr., n° 29. Geoffr., n° 29.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, clypeo emarginato. Thorax niger. Abdomen nigrum, segmentis 2°, 3°, 4° 5°que ferrugineo-testaceis. Pedes nigri, anticis 2 anticè albis. Alæ fuscæ, nervuris nigris. Sic fæmina.

Mas differt : abdominis nigri segmentis 2° 3° que omninò et 4ⁱ basi ferrugineo-testaceis.

Var. Mas : segmento abdominis 5° aliquandò ferrugineo-testaceo.

Mas et fæm. V. Passim. Mus. dom. Serville.

Nota. 1°. Allantus esset dom. Leach. 2°. Errasse videtur, à synonimo Panzeri deceptus dom. Jurine, cùm Doleris *Tenthredinem abietis* Fabricii associaverit, à specie Panzerianâ distinctam alarum caractere et abdominis 4 segmentis omninò ferrugineo-testaceis pedibusque nigris. 2°. Hanc speciem certè novit Schranckius et sub nomine *Tenthredinis solitariæ*, n° 658, descripsit. Ast alias et multùm diversas cum eâ confundit pro meris varietatibus eas habens : de quibus, cum à celeberrimo Schranckio citetur noster Geoffroyus, ad species proprias sub numero Goeffroyano mentionem facio. Idem dicendum de *Tenthredine solitariâ* De Vill., n° 53. 3°. Non omninò certum Vil-

lersii synonimum, n° 28, cum abdominis 3 vel 4 anteriora segmenta rufescentia pedesque rufos dicat.

276. Tenthredo Schæfferi. F. Fr., pl. 6, fig. 4. Schæff. Icon. Tab. 186, fig. 3.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, ore clypeoque emarginato albis. Thorax niger, scutello albo. Abdomen nigrum, segmento 4° omninò, 3° 5° que plùs minùsve testaceis, 6i, 7i 8i que maculâ utrinquè laterali anoque albis. Pedes 4 antici albi, nigro lineati; postici 2 nigri, basi albâ. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis.

Var. 1°. Maculâ ad tibiarum 2 posticarum apicem albâ humerisque albis. 2°. Abdominis segmentis 3°, 4° 5° que fuscè testaceis.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. Allantus esset dom. Leach.

277. Tenthredo blanda. — *Tenthredo blanda*. Fab. n° 35. Panz., fig. 9. De Vill., n° 82. Gmel., n° 72, fœmina. *Tenthredo ligustrina*. Fourcr., n° 24. Geoffr., n° 24, fæmina. *Allantus blandus*. Fæm. Jur., pag. 56. *Tenthr. cylindrica*. Fab., n° 16. Panz., fig. 7. Ins. Lig. Fasc. 1, n° 9, tom. 1, pag. 56, at hujus mala synonimia. *Allantus blandus*. Mas. Jurin., pag. 55.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, mandibulis basi albis, clypeo emarginato. Thorax niger. Abdomen nigrum, segmentis 2°, 3°, 4° 5° que ferrugineo-testaceis. Pedes nigri, antici 2 albo lineati, coxis 2 posticis albo maculatis. Alæ subfuscæ, nervuris fuscis. Sic fæmina.

Var. Clypeo etiamque labro albo maculatis.

Mas differt : labro albo, mandibulis nigris : abdomine nigro, segmentis 2°, 3° 4° que ferrugineo-testaceis, maculâ dorsali nigrâ : pedibus 4 anticis nigris, anticè albis; femoribus 2 posticis albis apice nigris et omnium coxis albo maculatis.

Var. Mas : labro et femoribus 2 posticis coxisque omninò nigris.

Mas et fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. Allantus esset dom. Leach.

278. Tenthredo obscura. — *Allantus obscurus?* Panz., fig. 19. Jurin., pag. 56.

Antennæ pallidè testaceæ, nigro suprà lineatæ. Caput nigrum, ore albo. Thorax niger. Abdomen nigrum, segmentis 3°, 4°, 5° 6° que testaceis. Pedes omninò testacei.

Fæminam novit Jurine.

Mas. V. In agro Parisiensi.

Nota. 1°. Allantus forsàn esset dom. Leach. 2°. Panzeriana species differt : Tibiarum 2 posticarum apice tarsisque nigris.

* 279. Tenthredo juvenilis. F. Fr., pl. 6, fig. 5.

Antennæ nigræ, subtùs pallidæ. Caput nigrum, ore albo. Thorax niger, humeris albis. Abdomen nigrum, segmentis 3°, 4°, 5° que testaceis. Pedes testacei, tarsis posterioribus fuscis. Alæ hyalinæ, costâ pallidâ, nervuris fuscis. Sic fæmina.

Mas differt : Femoribus nigro lineatis. Var. Abdominis segmento 6° nigro.

Tenthred. scutellari duplò minor et antennis pro staturâ brevioribus.

Mas et fæmina. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. Allantus esset dom. Leach.

××× *Abdomine* nigro, lateraliter tantùm maculato.

280. Tenthredo punctum. Fab., n° 33. Panz., fig. 21. Lesk., n° 112 *b*. Ins. Lig. Fasc. 1, n° 15, tom. 1, p. 57. F. Fr., pl. 6, fig. 6. — *Allantus punctum*. Jur., pag. 55. *Tenthredo punctum album*. Schranck., n° 669. De Vill., n° 33. Ross., n° 723. Gmel., n° 23.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, clypeo emarginato. Thorax niger, humeris scutelloque luteis. Abdomen nigrum, segmentis 3°, 4°, 5°, 6° 7° que utrinquè anoque suprà albo maculatis. Pedes 2 antici albi, femoribus nigris ; medii albi nigro lineati : postici 2 nigri, femoribus ferrugineis, tibiis apice albis, coxisque ad basim albo maculatis. Alæ hyalinæ.

Var. 1°. Humeris scutelloque nigris. 2°. Pedibus posticis ferrugineis, tibiis apice nigris. 3°. Tarsorum articulis 3 intermediis albis.

Fæmina. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. 1°. Allantus esset dom. Leach. 2°. Huic affinis est *Tenthredo stellata* Fourcr., n° 17, Geoffr., n° 17, De Vill., n° 99, cujus diagnosis hæc est : Antennæ nigræ. Caput nigrum. Thorax niger, humeris scutelloque luteis. Abdomen nigrum, segmentis maculâ utrinquè laterali luteâ, 8ᵢ anique dorso luteis. Pedes lutei nigro lineati, femoribus posticis ferrugineis. Alæ hyalinæ.

281. Tenthredo hæmatopus. Fab., n° 37. Panz., fig. 12, fæmina, et fig. 11, mas. Ins. Lig. Fasc. 1, n° 16, tom. 1, pag. 58. *Allantus hæmatopus*. Jurin., pag. 55.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, clypeo emarginato, luteo quandoque marginato; labro palpisque luteis. Thorax niger, scutello albo maculato, aut omninò nigro. Abdomen nigrum, segmentis 5° 6° que utrinquè maculâ laterali albâ. Pedes 4 antici luteo ferruginei; postici 2 ferruginei, genubus nigris : tarsis omnibus nigris. Alæ hyalinæ, nervuris nigris. Sic fæmina.

Mas differt : pedibus 4 anticis citreis, femoribus posticis nigro lineatis.

Mas et fæmina. V. In agro Parisiensi et Monspeliensi. Mus. dom. Serville.

Nota. Allantus esset dom. Leach.

282. Tenthredo duodecim-punctata. Fab., n° 32. Panz., fig. 8. De Vill., n° 49. Ross., n° 724. Gmel., n° 39. Ins. Lig. Fasc. 1, n° 14, tom. 1, pag. 57. — *Allantus duodecim-punctatus*. Jurin., pag. 55.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, clypeo emarginato labroque luteis. Thorax niger, humeris scutelloque albis. Abdomen nigrum, segmentis 4°, 5° 6° que utrinquè et ano albo maculatis. Pedes nigri, tibiis 4 anticis albis nigro subtùs lineatis, posticis 2 coxisque ejusdem paris albo maculatis. Alæ hyalinæ, nervuris testaceis.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. 1°. Allantus esset dom. Leach. 2°. An huic affinis est *Tenthredo* Lesk., n° 99, *Tenthredo melanoleuca* Gmel., n° 116,

cujus diagnosis hæc est : Antennæ nigræ. Caput nigrum, ore albo. Thorax niger, lineolâ utrinquè ante alas albâ. Abdomen nigrum, segmentis 5°, 6° 7° que (forsàn malè numerantur) albo utrinquè maculatis, ano albo. Pedes nigri, coxis 2 posticis albo maculatis. 3°. Mas *Tenthr.* 12-*punctatæ* thorace nigro et maculis abdominalibus sæpè obsoletis secundùm dom. Spinolam.

* 283. Tenthredo maculosa.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, ore albo, clypeo emarginato albo basi nigrâ. Thorax niger, humeris, maculâ laterali scutelloque luteis. Abdomen nigrum, segmentis 3°, 4°, 5°, 6° 7° que ad latera luteo maculatis, 1° anoque suprà luteis. Pedes nigri, femorum maculis tibiisque luteis. Alæ hyalinæ, nervuris nigris.

Fæm. V. In agro Campaniensi. Mus. dom. Serville.

Nota. Allantus esset dom. Leach.

* 284. Tenthredo lugubris.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, labro apice albo, clypeo emarginato, palpisque albidis. Thorax niger. Abdomen nigrum, segmentorum 2ⁱ, 3ⁱ, 4ⁱ, 5ⁱ, 6ⁱ 7ⁱ que lineolâ utrinquè laterali albidâ, 1ⁱ anique dorso albido maculato. Pedes antici 4 albi nigro posticè lineati, postici 2 nigri; femorum basi et apice, tibiarumque maculâ et aculeis albis. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis.

Mas. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Chevrolat.

Nota. Allantus esset dom. Leach.

* 285. Tenthredo lacrymosa. F. Fr., pl. 6, fig. 7.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, ore albo, clypeo vix emarginato. Thorax niger. Abdomen nigrum, segmento 3° maculâ laterali testaceâ. Pedes 4 antici albi, nigro lineati; postici 2 nigri, femoribus albo lineatis coxisque albo maculatis. Alæ hyalinæ, nervuris nigris.

Mas. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. Allantus esset dom. Leach.

* 286. Tenthredo discolor.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, ore albo. Thorax niger, humeris albis. Abdomen nigrum, segmentis omnibus maculis 2

dorsalibus pallidis, subtùs apice et ad latera pallido marginatis. Pedes 4 antici albi nigro lineati; postici 2 nigri, femoribus basi tibiarumque medio albis. Alæ hyalinæ.

Mas. V. Augustæ Suessionum.

Nota. Allantus forsàn esset dom. Leach.

* 287. TENTHREDO SEX-PUNCTATA. Fr. Fr., pl. 7, fig. 1.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, clypeo non emarginato. Thorax niger, humeris albis. Abdomen nigrum, segmentorum omnium in dorso margine tenui albo, 2^{i}, 3^{i} 4^{i}que maculâ utrinquè albâ. Pedes nigri, anticis 2 anticè albis. Alæ subfuscæ. Sic fæmina.

Mas differt : abdominis segmento 5° etiam maculato.

Mas et fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. 1°. Allantus esset dom. Leach. 2°. Huic affinis videtur *Tenthredo* Lesk., n° 120, *Tenthredo liturata* Gmel., n° 135, cujus diagnosis hæc est : Nigra, abdominis segmentis 2°, 3°, 4° 5°que in dorso utrinquè maculâ ovatâ marginibusque albis, pedibus anticis tibiisque 4 posticis anticè albis.

* 288. TENTHREDO ALBA-MACULA.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, clypeo vix emarginato. Thorax niger. Abdomen nigrum, segmentis 4° 5°que maculâ laterali albidâ. Pedes 4 antici nigri, femorum lineâ tibiisque albis; postici 2 nigri, coxis albo punctatis. Alæ hyalinæ, nervuris testaceo-fuscis.

Mas. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Duponchel.

Nota. Allantus forsàn esset dom. Leach.

XXXX *Abdomine* nigro.

* 289. TENTHREDO ALBIMANA.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, clypeo emarginato. Thorax abdomenque nigra. Pedes 4 antici albi, nigro posticè lineati; postici 2 nigri. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis.

Mas. V. In Galliâ. Mus. dom. Duponchel.

Nota. 1°. Allantus forsàn esset dom. Leach. 2°. Non multùm differt *Tenthr. similis* Ins. Lig. Fasc. 2, n° 21, tom. 2, pag. 15, Tab. 4, fig. 13, cujus diagnosis hæc est : Antennæ, caput,

thorax abdomenque nigra. Pedes 2 antici albi nigro posticè lineati; intermedii nigri genubus albis; postici nigri. Alæ fuscescentes. Var. Fæmina, abdominis segmentis 2° 3° que utrinquè ad rubrum vergentibus. Pro varietate *Tenthr. blandæ* haud ritè habet hanc speciem auctor citatus. Mas et fæm. ut videtur. In Liguriâ.

* 290. TENTHREDO LUCTUOSA.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, ore punctisque 2 post verticem albis, clypeo emarginato albo basi nigrâ. Thorax niger, humeris scutelloque albis. Abdomen nigrum, 1i segmenti margine anique maculâ dorsali albis. Pedes 4 antici albi nigro lineati; postici 2 nigri, tibiarum medio coxarumque maculâ oblongâ albis. Alæ hyalinæ, nervuris nigris.

Fæm. V. Passim. Mus. dom. Serville.

Nota. Allantus esset dom. Leach.

291. TENTHREDO ALBICINCTA.. Schranck., n° 661. De Vill., n° 55. Gmel., n° 84.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, ore albo, clypeo emarginato albo basi nigrâ. Thorax niger, humeris albis. Abdomen nigrum, 1i segmenti margine inferiori anique maculâ dorsali albis. Pedes 4 antici albi, nigro lineati; postici 2 nigri, femorum basi et tibiarum maculâ albis. Alæ hyalinæ, nervuris nigris.

Var. Humeris nigris.

Mas *Tenthredinis luctuosæ ?*

Mas. V. Augustæ Suessionum. Mus. dom. Serville.

Nota. 1°. Allantus esset dom. Leach. 2°. Hujus varietas esse videtur *Tenthredo albipes* Fourcr., n° 23, Geoffr., n° 23, cujus abdomen subtùs aliquandò lineâ duplici maculari albâ gaudet, cætera conformis.

* 292. TENTHREDO EXALBIDA. Gmel., n° 122. Lesk., n° 106.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, clypeo emarginato utrinquè albido maculato, labio apice albo, palpis pallidis. Thorax et abdomen nigra. Pedes 4 antici albidi, nigro posticè lineati; postici 2 nigri, coxis albo maculatis. Alæ hyalinæ.

Mas. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. Allantus esset dom. Leach.

293. TENTHREDO RIBIS. Fab., n° 8. Schranck., n° 668. Panz., fig. 12. De Vill., n° 59. Gmel., n° 88. Ins. Lig. Fasc. 1, n° 5, tom. 1, pag. 55, synonimia mala. — *Allantus ribis*. Jurin., pag. 54. *Tenthredo leucopus*. Gmel, n° 118. Lesk., n° 101.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, labro apice albido, mandibulis albo maculatis, clypeo vix emarginato. Thorax niger. Abdomen nigrum. Pedes 4 antici nigri, tibiis tarsisque albo lineatis; postici 2 nigri, coxis tibiarumque apice albo maculatis. Alæ hyalinæ, nervuris nigris. Sic fæmina.

Mas similis secundùm dom. Jurine.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. Allantus esset dom. Leach.

* 294. TENTHREDO VICINA.

Antennæ, caput, thorax abdomenque nigra. Pedes albi, femoribus basi nigris. Alæ hyalinæ, nervurâ quæ cellulas radiales separat, rectâ.

Mas et fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville, et dom. Chevrolat.

Nota. Allantus forsàn esset dom. Leach.

XXXXX *Abdomine* haud nigro.

* 295. TENTHREDO LEPIDA.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, ore testaceo, clypeo subemarginato. Thorax niger, humeris testaceis. Abdomen testaceum, segmento 1° suprà fusco. Pedes testacei. Alæ pellucidæ.

Var. Clypeo nunc nigro, nunc testaceo.

Mas et fæm. V. Augustæ Suessionum. Mus. dom. Serville.

* 296. TENTHREDO BIPARTITA. F. Fr., pl. 7, fig. 3.

Antennæ caputque nigra. Thorax suprà et lateribus niger, subtùs testaceus sterno nigro. Abdomen lætè testaceum, segmento 1° solo nigro. Pedes testacei. Alæ nigræ, nervurâ quæ cellulas radiales separat, rectâ.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

†††† *Abdomine* thorace vix longiori.

Antennæ versùs apicem subcrassiores.

Cætera ut in 2ª subdivisione.

Nota. Hoc certè est genus *Selandria* Leach., cujus caracteres obscuriores pro genere condendo credimus. Sic eos ponit auctor: Antennæ breves 9-articulatæ, medio crassiores apice acuminatæ; articulo 3°, 4° longiore. Corpus breve, crassum. Areolæ submarginales 4, marginales 2. Hi caracteres, si crassitudinem corporis et antennarum brevitatem quæ facilè dignosci non possunt, excipias, æquè Allantis et Tenthredinibus ejusdem auctoris ex ipsius definitione conveniunt.

* 297. TENTHREDO PALLIDA.

Antennæ fuscæ. Caput, thorax, abdomen pedesque pallidè testacea. Alæ hyalinæ, nervuris pallidis.

Tenthredine nassatâ duplò minor.

Fæmina. V. In agro Parisiensi.

298. TENTHREDO MORIO. DeVill., n° 81. — *Tenthredo albipes*. Gmel., n° 126. Lesk., n° 109. *Tenthredo morio?* Fab., n° 31. Panz., fig. 17. Lesk., n° 122. Gmel., n° 80. *Allantus morio*. Jurin., pag. 56.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, clypeo vix emarginato. Thorax abdomenque nigra. Pedes albi, femoribus nigris. Alæ hyalinæ, nervuris nigris, nervurâ quæ cellulas radiales separat, vix incurvâ.

Mas et fæm. V. Passim. Mus. dom. Serville.

Nota. *Tenthredo morio* Fab. et Panz. Pedibus omninò, ideòque femoribus pallidis, cæteris omninò nigris. An diversa species?

299. TENTHREDO ALBIPES. — Lesk., n° 128. *Tenthredo morio*. Ross., n° 728. *Tenthredo pallescens*. Gmel., n° 141.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, ore albo, clypeo vix emarginato. Thorax niger, puncto calloso albo. Abdomen nigrum. Pedes omnes omninò albi. Alæ hyalinæ, nervurâ quæ cellulas radiales separat, rectâ.

Fæmina. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

* 300. Tenthredo cothurnata.

Antennæ, caput, thorax abdomenque nigra. Pedes nigri, tibiis tarsisque basi albis. Alæ subfuscæ, nervurâ quæ cellulas radiales separat, vix incurvâ.

Tenthredine ribis duplò minor.

Mas et fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville et dom. Chevrolat.

* 301. Tenthredo fusca.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, mandibulis fuscè ferrugineis, clypeo emarginato. Thorax abdomenque nigra. Pedes 2 antici ferruginei femorum basi latè nigrâ; intermedii nigri, femorum apice, tibiarum basi et apice, tarsorumque basi ferrugineis: postici nigri. Alæ fuscæ, apice subhyalinæ.

Mas. V. In horto regio Fontis Bellandi. Mus dom. Serville.

* 302. Tenthredo fraxini.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, mandibulis testaceis, clypeo vix emarginato. Thorax abdomenque nigra. Pedes nigri, tibiis 4 anticis anticè albis. Alæ fuscæ, nervurâ quæ cellulas radiales separat, vix incurvâ. Sic fæmina.

Var. Mandibulis fuscis.

Mas differt: mandibulis nigro-fuscis.

Tenthr. morio duplò major. Larva vorat fraxinos.

Mas et fæmina. V. In horto Musæi regii Parisiensis. Mus. dom. Serville.

* 303. Tenthredo tristis.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, palpis pallidis, clypeo vix emarginato. Thorax abdomenque nigra. Pedes pallidè testacei. Alæ fuscæ, apice subhyalinæ.

Mas et fæm. V. In horto regio Fontis Bellandi. Mus. dom. Serville.

Nota. Huic fortè affinis *Tenthredo carbonaria* Scop., n° 735, cujus diagnosis hæc est: Tota nigra, nitens; abdomen segmentis omnibus suprà puncto utrinquè depresso. Alæ *fuscescentes, hyalinæ.*

* 304. Tenthredo hylotomoides.

Antennæ fuscæ, apice subtùs dilutiori. Caput, thorax abdomenque nigra. Pedes testacei, femoribus 2 posticis basi nigris. Alæ hyalinæ, nervurâ quæ cellulas radiales separat, rectâ.

Fæm. V. Augustæ Suessionum. Mus. dom. Serville.

* 305. Tenthredo hæmorrhoidalis.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, ore labroque rufo, clypeo emarginato. Thorax niger, humeris rufis. Abdomen suprà nigrum, ano rufo, subtùs rufo-nigrum. Pedes rufi, tarsis posticis fuscis. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis.

Mas. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Carcel.

* 306. Tenthredo parvula. F. Fr., pl. 7, fig. 4.

Antennæ, articulis 2 baseos nigris, 7 aliis testaceis. Caput, thorax abdomenque nigra. Pedes testacei. Alæ hyalinæ, nervurâ quæ cellulas radiales separat, rectâ.

Mas. V. Augustæ Suessionum. Mus. dom. Serville.

XXXXX *Abdomine* haud nigro.

* 307. Tenthredo fuscipennis.

Antennæ, caput thoraxque nigra. Abdomen testaceum, basi lineâque dorsali fuscis. Pedes testacei, femoribus 4 anticis fuscis. Alæ fuscæ, nervurâ quæ cellulas radiales separat, rectâ. Sic fæmina.

Mas differt : abdomine suprà ferè toto fusco.

Var. Femoribus 4 anticis concoloribus testaceis.

Mas et fæm. V. Augustæ Suessionum. Mus. dom. Serville.

* 308. Tenthredo melanosterna.

Antennæ nigræ. Caput nigrum. Thorax testaceus, dorso sternoque nigris. Abdomen testaceum. Pedes testacei. Alæ hyalinæ, nervurâ quæ cellulas radiales separat, vix incurvâ.

Mas et fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

* 309. Tenthredo testacea.

Antennæ caputque nigra. Thorax testaceus, sterno nigro. Abdomen pedesque testacea. Alæ hyalinæ.

Fæm. V. In agro Campaniensi. Mus. dom. Serville.

310. Tenthredo annulata. Gmel., n° 105. Lesk., n° 78.

Antennæ nigræ. Caput, thorax abdomenque flava. Pedes flavi, tibiis apice tarsisque nigro annulatis.

Sexus latet. In Europâ.

* 311. Tenthredo verticata.

Antennæ testaceæ. Caput testaceum, oculis stemmatibusque nigris. Thorax testaceus, dorso fusco punctato. Abdomen pedesque testacea. Alæ hyalinæ, nervurâ quæ cellulas radiales separat, rectâ.

Mas et fæm. V. Augustæ Suessionum. Mus. dom. Serville.

Nota. Huic fortè affinis est *Tenthredo* Lesk., n° 124, *Tenthredo ruficapilla* Gmel., n° 139, cujus diagnosis hæc est : Capite thoraceque rufis, ad marginem thoracis posticè oculisque nigris, abdomine pedibusque flavis.

* 312. Tenthredo fallax.

Antennæ testaceæ. Caput testaceum, oculis stemmatibusque nigris. Thorax testaceus, dorso fusco lineato. Abdomen suprà nigrum, subtùs testaceum. Pedes testacei. Alæ hyalinæ, nervurâ quæ cellulas radiales separat, vix incurvâ.

Fæm. V. Augustæ Suessionum. Mus. dom. Serville.

Nota. 1°. In hâc specie antennarum articuli 3us et 4us æquales. 2°. Huic affinis *Tenthredo Ribesii* Scop., n° 734, cujus diagnosis hæc est : Nigra, abdomine subtùs pedibusque flavescentibus. Alæ hyalinæ.

* 313. Tenthredo luteola.

Antennæ testaceæ, articulis 3°, 4° 5°que suprà nigris. Caput luteo-testaceum, oculis verticeque cum stemmatibus nigris. Thorax luteo-testaceum, dorso nigro. Abdomen luteo-testaceum, dorso versùs basim fusco. Pedes luteo-testacei. Alæ hyalinæ, nervurâ quæ cellulas radiales separat, rectâ.

Mas. V. Augustæ Suessionum. Mus. dom. Serville.

Nota. In hâc specie antennarum articuli 3us et 4us æquales.

314. Tenthredo costalis. De Vill., n° 79. Gmel., n° 66. F. Fr., pl. 7, fig. 5. — *Allantus costalis*. Jur., pag. 54. *Hylotoma costalis*. Fab., n° 15.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, clypeo vix emarginato, palpis, oculorum orbitâ lineâque sub antennis albis. Thorax niger, humeris albis. Abdomen nigrum, segmentis 1° excepto albo inferiùs marginatis, 2°, 3° 4°que interruptis. Pedes nigri, anticè albi. Alæ subhyalinæ, costâ ex magnâ parte ferrugineâ, nervuris fuscis.

Mas et fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. 1°. Quodammodo affinis esse videtur *Tenthredo* Lesk., n° 115, cujus diagnosis hæc est : Lata, nigra, abdominis segmentis posticis albis, 2°, 3°, 4° 5° que interruptis. 2°. Huic etiam affinis est *Tenthredo pulverata* De G. Retz., n° 304, De G., n° 6, cujus diagnosis hæc est : Antennæ nigræ. Caput thoraxque nigra. Abdomen nigrum, lateribus albis segmentisque omnibus suprà subtùsque albo marginatis. Pedes subfusci, femoribus ferrugineis. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis, costâ punctoque marginali luteolis. At certè diversa species.

315. Tenthredo cordigera. Pal. de Bauv., Ins. Afr. et Amer. pag. 97, Tab. 9, hymen, fig. 4. — *Hylotoma atripennis*. Fab., n° 26.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, clypeo haud emarginato. Thorax ferrugineus, sterno cœruleo nigro ; sub scutello nigroviolaceus, maculâ ferrugineâ. Abdomen pedesque nigra. Alæ violaceo-nigræ.

Fæm. In Americâ septentrionali.

316. Tenthredo ovata. Panz., fig. 3. De G., n° 5, pl. 35, fig. 10. Schranck., n° 688. De Vill., n° 38. Ross. Faun. Etr., n° 713. Lesk., n° 113. Gmel., n° 28. — *Tenthredo gossypina*. De G. Retz., n° 303. *Allantus ovatus*. Jurin., pag. 56. *Hylotoma ovata*. Fab., n° 25. Ins. Lig. Fasc. 1, n° 11, tom. 1, pag. 53.

Antennæ nigræ, articulis 5 ultimis pallido lineatis. Caput nigrum, clypeo non emarginato. Thorax niger, anticè latè suprà ferrugineus. Abdomen nigrum. Pedes nigri. Alæ hyalinæ, in medio subnebulosæ, nervurâ quæ cellulas radiales separat, rectâ.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. Pedes anticos pallidiores dicit Rossi suprà citatus. An alterum sexum describit?

317. Tenthredo ephippium. Panz., fig. 5. — *Tenthredo dubia*. Gmel., n° 140. *Allantus ephippium*. Jur., pag. 56. *Hylotoma ephippium*. Fab., n° 28. Lesk., n° 127.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, clypeo haud emarginato. Thorax ferrugineus, sterno, scutello parteque sub scutello nigris. Abdomen nigrum. Pedes, femoribus nigris, genubus, tibiis tarsisque fusco-pallidis. Alæ subhyalino-fuscæ, nervuris nigris.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

††††† *Cellulæ radiales* 2, 1ª breviore.

Cellulæ cubitales 4, 1ª parva rotundata, cæteris ferè æqualibus : 2ª excipit 1um nervum recurrentem; 2us nervus ad nervuram 2ª 3ª que cellulæ communem recurrit : 4ª apicem alæ attingit.

Mandibulæ bidentatæ?

Cætera ut in 4ª subdivisione.

318. Tenthredo punctigera. F. Fr., pl. 7, fig. 6.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, ore albo, mandibularum clypeique emarginati basi nigris, palpis albis. Thorax niger, humeris lineâque sub scutello pallidè ferrugineis, parte dorsi anticâ triangulari ferrugineâ, scutello nigro maculâ rotundatâ ferrugineâ. Abdomen suprà nigrum, subtùs pallidè ferrugineum. Pedes pallidè ferruginei. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis, costâ punctoque marginali pallidis.

Abdomine thorace vix longiori.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Chevrolat.

†††††† *Tenthredines* incertæ divisionis.

319. Tenthredo glaucopis. Ross., n° 732.

Antennis 7-nodiis thorace brevioribus, tota flava.

Sexus latet. In Etruriâ.

320. TENTHREDO RUBI. — *Allantus rubi*. Jurin., pag. 56. Panz., fig. 14.

Antennæ luteæ, articulis 2 baseos suprà nigricantibus. Caput luteum, mandibulis fuscis. Thorax luteus, dorso nigro strigis 2 obliquis luteis, scutello nigro luteo maculato. Abdomen ferrugineo-luteum, segmentis 1° nigro, 2° 3° que luteis maculis dorsalibus nigris, cæteris ad margines utrinquè nigro notatis. Pedes lutei, femoribus suprà nigro lineatis. Alæ flavo-hyalinæ, costâ luteâ nervurisque fuscis.

Fæmina. In Germaniâ.

321. TENTHREDO TEUTONA. Panz., fig. 6, mas. — *Allantus teutonus*. Jurin., pag. 55.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, ore flavescenti, palpis flavescentibus apice nigris. Thorax niger, dorso rufo; scutello nigro, margine postico fusco. Abdomen nigrum, ano flavo. Pedes flavi, femoribus tibiisque posticis apice nigris. Sic mas.

Fæmina parùm differt secundùm dom. Jurine.

Mas et fæm. In Germaniâ.

322. TENTHREDO TARSATA. Fab., n° 28. Panz., fig. 10. Ins. Lig. Fasc. 1, n° 13, tom. 1, pag. 57. *Allantus tarsatus*. Jurin., pag. 55.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, clypeo albido. Thorax niger, punctis 2 sub scutello albis. Abdomen nigrum. Pedes rufi; postici nigri, tarsis niveis.

Fæm. In Moraviâ.

Nota. Fæmina facilè dignoscitur maculâ utrinquè albidâ in segmentis 2°, 3°, et 4°, si creditur dom. Spinolæ. Species Liguriæ indè diversa videtur, cum de hâc nota taceant auctores alii citati.

323. TENTHREDO VELOX. Fab., n° 24. — *Allantus velox*. Jurin., pag. 55.

Antennæ nigræ, apice albæ. Caput nigrum, ore albo. Thorax et abdomen nigra. Pedes ferruginei; femoribus posticis basi atris, puncto albo. Alæ hyalinæ.

Fæmina. In Italiâ.

324. TENTHREDO QUADRIMACULATA. Fab., n° 36. De Vill., n° 80. Gmel., n° 73. — *Allantus quadrimaculatus*. Jur., p. 55. Panz., fig. 17.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, labio nigro albo punctato, mandibulis ferrugineo-fuscis albo punctatis. Thorax niger. Abdomen nigrum, segmentis 3°, 4°, 5° 6° que utrinquè lineolâ ad marginem inferiorem albidâ. Pedes 4 antici nigri; postici femoribus rufis maculâ baseos solitariâ albâ, tibiis rufis, tarsis nigris. Alæ hyalinæ, puncto marginali nigro. Sic fœmina.

Mas differt : Labio albo, mandibulis albo maculatis; abdominis segmentis 3°, 4° 5° que lineolâ utrinquè albidâ vix distinctâ : tibiis tarsisque anticis albo sæpè lineolatis; pedum posticorum femoribus maculâ duplici albâ, tibiis nigris.

Mas et fœm. In Germaniâ.

325. TENTHREDO MANDIBULARIS. Fab., n° 27. Panz., fig. 9. — Lesk., n° 98. *Allantus mandibularis*. Jur., pag. 55.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, mandibulis ferrugineo-luteis, apice fuscis. Thorax niger. Abdomen nigrum, segmento 1° utrinquè ad basim albido maculato. Pedes 4 antici testacei, postici nigri. Alæ obscuræ.

Fœmina. In Germaniâ.

326. TENTHREDO SAMBUCI. Ins. Lig. Fasc. 1, n° 21, tom. 1, p. 59. — *Allantus sambuci*. Jur., p. 56. Panz., fig. 18.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, labio palporumque anticorum apice albis. Thorax abdomenque nigra. Pedes antici albi, nigro suprà lineati, tarsis albis; femora postica ad juncturas alba, basi nigra, medio ferruginea apice demum nigra : tibiæ posticæ nigræ; tarsi postici albi, basi et apice nigri. Alæ obscurè hyalinæ, costâ nigrâ.

Mas. In Germaniâ.

327. TENTHREDO ÆTHIOPS. Fab., n° 49. Gmel., n° 78. — *Allantus æthiops*. Jurin., pag. 56. *Nematus æthiops*. Ins. Lig. Fasc. 3, n° 1, tom. 2, pag. 155.

Antennæ, caput, thorax abdomenque nigra. Pedes 4 antici pallidi, postici 2 nigri.

Mas et fœmina. In Angliâ.

238. TENTHREDO VIOLACEA. Fab. Voy. en Norw., Par. 1802, pag. 59.

Tota nigro-violacea, alis apice hyalinis.

Sexus latet. In Norwegiâ.

Nota. Mirum quidem est quod de eâ tacuerit in systemate Piezatorum auctor celeberrimus.

329. TENTHREDO FULVICORNIS. Fab., n° 45. Panz., fig. 13. ? — *Allantus fulvicornis*. Jurin.

Antennæ testaceæ, articulo 1° nigro. Caput, thorax abdomenque nigra, immaculata. Pedes omnes testacei. Alæ albidæ, costâ fuscâ.

Mas. In Germaniâ.

Nota. Hùc inviti referimus *Tenthredinem fulvicornem* Panz., fig. 13, de quâ tacet dom. Jurine, qui speciem Fabricii affert; sed eam ad Fabricianam Panzerus et ipse Fabricius refert: differt tamen : Ore punctoque calloso flavis, anoque rufo. Suam esse Dolerum Jur. affirmat Panzerus, sed nec antennas, nec alas ritè pinxit.

330. TENTHREDO ALBICORNIS. Fab., n° 47. Panz., fig. 21. Lesk., n° 82. De Vill., n° 77. Gmel., n° 76. Ins. Lig. Fasc. 3, n° 24, tom. 2, pag. 153. — *Allantus albicornis*. Jurin., pag. 55.

Antennæ nigræ, apice albæ. Caput, thorax abdomenque nigra. Pedes testacei, femoribus nigris. Alæ hyalinæ, apice fuscæ, costâ testaceâ.

Marem et fæminam novit dom. Jurine.

Mas et fæm. In Italiâ.

Nota. Antennarum apices testaceos observat in suis specimibus De Villers. Malâ dessicatione sæpè color albus in alio colore malè determinato spurcoque mutatur.

331. TENTHREDO ANALIS. Fab., n° 42. Ins. Lig. Fasc. 3, n° 25, tom. 2, pag. 154. — *Allantus analis*. Jurin., pag. 54.

Corpus nigrum. Abdominis segmenta 2um, 3um 4^{um}que rufa. Anus albidus. Pedes nigri.

Fæmina. In Saxoniâ.

Nota. 1°. Affinis *Tenthredini nemorosæ*. An eadem malè des-

cripta p. 2°. Fusius describit dom. Spinola suprà citatus : Antennæ nigræ. Caput nigrum. Thorax niger. Abdomen nigrum, segmentis 2°, 3° 4°què rufis, reliquis nigris, utrinquè subtùs albo utrinquè punctatis, ano albo maculato. Pedes 4 antici albidi, femoribus suprà nigrescentibus; postici 2 nigri. Alæ fuscescentes. Fæmina.

332. Tenthredo cingulata. — *Allantus cingulatus*. Jurin., pag. 54. *Hylotoma cingulata*. Fab., n° 29.

Antennæ nigræ, articulo 1° flavescente. Caput nigrum, ore palpisque flavescentibus. Thorax niger, humeris scutelloque albidis. Abdomen nigrum, segmentis omnibus, 1° excepto margine flavis. Pedes flavi, femoribus basi nigris.

Fæmina secundùm dom. Jurine.

Mas esse videtur. In Germaniâ.

333. Tenthredo tiliæ. Ins. Lig. Fasc. 1, n° 20, tom. 1, pag. 59. — *Allantus tiliæ*. Jur., pag. 56. Panz., fig. 10.

Antennæ luteæ. Caput luteum, fronte ferrugineâ, vertice cum stemmatibus nigro. Thorax ferrugineo-luteus, maculis 2 obliquis nigris, nullâ scutellari, maculisque 2 sub scutello nigris, subtùs ferrugineo-luteus. Abdomen suprà ferrugineum, 1° (2°que?), lineâ punctorum dorsali anoque nigris, subtùs ferrugineo-luteum. Pedes lutei, tarsis 2 posticis nigris. Alæ hyalinæ, nervuris flavis. Sic fæmina.

Mas differt : Antennarum apice sæpiùs nigrescente. Thoracis dorso ferrugineo immaculato : abdominis punctis dorsalibus majoribus, tarsisque omnibus flavis.

Mas et fæm. In Germaniâ.

Tenthredinetæ inter Tenthredines et Athalias incertæ. Dubium enim est an sint undecim vel novem articulatæ.

334. Tenthredo serva. — *Hylotoma serva*. Fab., n° 22. Ins. Lig. Fasc. 1, n° 9, tom. 1, pag. 52.

Caput nigrum, immaculatum. Thorax flavus, dorso sternoque nigris. Abdomen flavum. Pedes flavi. Alæ hyalinæ, puncto marginali nigro.

Sexus latet. In Selandiâ.

335. Tenthredo melanalis. *Hylotoma analis*. Fab., n° 27.

Caput atrum, ore rufo. Thorax rufus, dorso nigro. Abdomen planum rufum, ano nigro. Alæ obscuræ.

Sexus latet. In Americâ meridionali.

136. Tenthredo ventralis. Panz., fig. 4. — *Hylotoma abdominalis?* Fab., n° 19. *Allantus abdominalis*. Jurin., pag. 56.

Antennæ omninò nigræ. Caput nigrum, puncto suprà oculos rufo. Thorax niger. Abdomen ferrugineum, segmentis 1° 2° que nigris. Pedes nigri, posticis rufis; femoribus 4 anticis apice tibiisque basi rufis. Alæ omninò nigræ.

Fæmina. In Germaniâ, Galliâ.

Nota. 1°. Fabriciana species suprà citata differt : Ore rufo; antennis subtùs rufis : alis basi nigris, apice obscuris; pedibus rufis. 2°. Antennas undecim articulatas pinxit Panzerus suprà citatus : undè *Athalia*, si non erravit pictor.

337. Tenthredo ferruginea. — *Allantus ferrugineus*. Jur., p. 56. Panz., fig. 9. *Hylotoma ferruginea*. Fab., n° 24.

Antennæ flavescentes. Caput ferrugineum, ore palpisque flavis, oculis nigris. Thorax nigricans, dorso scutelloque ferrugineis (sic in descriptione Panzeri : at in figurâ : thorax ferrugineus, dorso maculis 3 fuscis, nullâ scutellari). Abdomen ferrugineum, segmento 1° nigro. Pedes flavescentes. Alæ flavo-hyalinæ, costâ flavâ.

Mas. In Germaniâ.

Nota. 1°. In Panzeri figurâ suprà citatâ, antennæ 12-articulatæ, quod nefas : cætera fabrica articulis subglobosis Athaliarum est. 2°. Antennas 9-articulatas specialitèr asserit Fabr. suprà citatus, speciem se Panzeri describere affirmans. Thorax Panzerianæ flavus, posticè ater.

338. Tenthredo melanocephala. Panz., fig. 5. Coqueb. Icon. Tab. 3, fig. 6. — *Hylotoma melanocephala*. Fab., n° 20. Ins. Lig. Fasc. 1, n° 8, tom. 1, pag. 52.

Antennæ caputque nigra. Thorax rufus, scutello subnigricante. Abdomen pallidè rufum. Pedes flavi. Alæ hyalinæ.

Sexus latet. In Galliâ et Germaniâ.

Nota. 1°. In Coqueberti figurâ, colores quamvis ægrè discernendi sat conveniunt cum descriptione Fabricianâ. Panzerus verò à Fabricio citatus et suam ipse speciem ad *Tenthredinem melanocephalam* suppl. quæ est *Hylotoma melanocephala* syst. Piez. referens, sic tamen differt : Scutello thoraci concolori, abdominis segmento 1° nigro, tarsis apice fuscis. Antennæ in Coqueberto Tenthredinis, Athaliæ in Panzero. Species, ut videtur, duplex. 2°. Hanc speciem pro fæminâ *Crypti Furcati* (*Villersii* Leach.) habet dom. Leach : non quidem ritè. Tamen hæc forsàn species *Crypto* adnumeranda.

s. Dolerus.

† *Doleri spec.* Jur. Fam. 2ª. *Tenthredinis spec.* Fab. Panz. Lesk.

Cellulæ radiales 2, æquales.

Cellulæ cubitales 3 : 1ª elongata excipit 1ᵘᵐ nervum recurrentem, 2ᵘˢ nervus ad nervuram 1ᵃᵐ 2ᵃᵐ que cellulæ cubitali communem recurrit; 3ª apicem alæ attingit.

Antennæ articulis 9.

Tibiæ 4 posticæ in medio inermes.

Mandibulæ emarginatæ, subbidentatæ.

* 339. Dolerus laticinctus. F. Fr., pl. 8, fig. 1.

Antennæ, caput thoraxque nigra. Abdomen nigrum segmentis 3°, 4°, 5° 6° que testaceis. Pedes testacei, femoribus 4 anticis maximâ parte nigris. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis.

Fæm. V. In agro Parisiensi.

340. Dolerus togatus. Jur., pag. 58. — *Tenthredo togata.* Fab., n° 15. Panz., fig. 12. Lesk., n° 106 *b*. *Tenthredo ferruginea*. Gmel., n° 123.

Antennæ a basi ad medium nigræ, cæteris articulis flavis. Caput nigrum, ore ferrugineo, maculâ utrinquè verticis albâ. Thorax niger, puncto calloso albo. Abdomen nigrum, segmento 1°, 4° lineâ utrinquè marginali, 5° 8 que et ani maculâ dorsali albis. Pedes nigri, tibiis albo fasciatis, tarsis flavis. Alæ hyalinæ apice fuscæ.

Fæm. In Germaniâ.

Nota. De genere dubitat dom. Jurine, de quo nos certi sumus.

†† *Doleri spec.* Jur. Fam. 2ª. *Emphytus.* Leach. *Tenthredinis spec.* Panz. Schranck. De Vill. Gmel. Lesk.

Cellula cubitalis 1ª elongata excipit 1ᵘᵐ nervum recurrentem, 2ª 2ᵘᵐ; 3ª apicem alæ attingit.

Cætera ut in 1ª subdivisione.

341. Dolerus rufus. Jurin., pag. 58. — *Tenthredo rufa.* Panz., fig. 1.

Antennæ fuscæ. Caput rufum. Thorax rufus, sub scutello fuscum, sterno nigro. Abdomen rufum. Pedes rufi; postici 4 tibiarum apice tarsisque fuscis. Alæ fuscæ.

Fæmina. In Germaniâ.

342. Dolerus cinctus. Jurin., pag. 58, pl. 6. — *Tenthredo cincta.* Schranck., nº 667. De Vill., nº 42. Gmel., nº 32. *Nematus cinctus.* Ins. Lig. Fasc. 3, nº 4, tom. 2, p. 156.

Antennæ, caput thoraxque nigra. Abdomen nigrum, segmentis 1º incisurâ 5ºque suprà albidis. Pedes testacei, femorum basi latè nigrâ, genubus albis. Alæ hyalinæ.

Fæm. V. In agro Campaniensi.

* 243. Dolerus cingulatus.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, ore albo. Thorax niger, humeris albis. Abdomen nigrum, segmento 5º albo. Pedes testacei, femoribus nigris genubusque albis. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis.

Var. Ore humerisque nigris.

Fæm. V. Augustæ Suessionum. Mus. dom. Serville.

Nota. Hujus forsàn varietas est *Tenthredo cordigera* Fourcr., nº 34, cujus diagnosis hæc est : Nigra, segmento abdominali 5º albo, pedibus pallidis, genubus albis.

* 344. Dolerus pallimacula. F. Fr., pl. 8, fig. 2.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, labro albido. Thorax niger. Abdomen nigrum, segmentis omnibus margine tenuissimo pal-

lidis, 2°, 3°, 4°, 5° 6°que pallido utrinquè maculatis. Pedes nigri, anticis 4 anticè pallido lineatis, genubusque omnibus pallidis. Alæ hyalinæ, nervuris nigris.

Fæm. V. Augustæ Suessionum. Mus. dom. Serville.

* 345. Dolerus abdominalis. F. Fr., pl. 8, fig. 3.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, palpis squalidè albidis, lineolâ utrinquè obliquâ verticali albidâ ad oculos. Thorax niger, puncto calloso pallidè testaceo. Abdomen suprà testaceum, segmento 1° 2ique basi nigris; subtùs fusco-testaceum. Pedes testacei, tarsis fuscis. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis. Sic fæmina.

Mas differt : abdominis segmenti 2i basi etiam testaceâ et abdomine subtùs haud fusco.

Mas et fæm. V. In Galliâ. È mus. dom. Richard, mus. dom. Serville.

* 346. Dolerus fasciatus.

Antennæ, caput et thorax nigra. Abdomen nigrum, segmentis 4° 5° que testaceis, 6° testaceo apice suprà nigro. Pedes testacei, femoribus 4 anticis omninò nigris, posticis 2 nigris basi albâ. Alæ hyalinæ.

Marem (an ejusdem speciei?) alium vidi : abdominis segmentis 4° 5° que tantùm testaceis, dorso nigro maculatis, 6° cæterisque nigris.

Mas et fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

* 347. Dolerus vicinus.

Antennæ, caput thoraxque nigra. Abdomen nigrum, segmentis 4° 5° que testaceis. Pedes testacei, femoribus omnibus basi nigris. Alæ hyalinæ, nervuris nigris. Sic fæmina

Mas differt : antennis subtùs testaceis, femoribus 2 posticis omninò testaceis.

Mas et fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

348. Dolerus tibialis. Jur., pag. 58. — *Tenthredo tibialis.* Panz., fig. 11.

Antennæ nigræ, articulis 6°, 7° 8°que albis. Caput, thorax abdomenque nigra. Pedes testacei, genubus albis, tarsis nigris. *Alæ hyalinæ*, nervuris fuscis.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. Huic affinis videtur *Tenthredo* Lesk., n° 97, *Tenthredo braccata* Gmel., n° 114, cujus diagnosis hæc est : Antennæ nigræ, articulis 3 penultimis albis. Caput, thorax abdomenque nigra. Pedes nigri, femoribus rufis tibiisque 4 posticis basi albis.

* 349. Dolerus varipes. F. Fr., pl. 8, fig. 4.

Antennæ, caput, thorax abdomenque nigra. Pedes testacei, femoribus nigris genubusque albis. Alæ hyalinæ, nervuris nigris.

Mas. V. In agris Parisiensi et Suessionensi. Mus. dom. Serville.

* 350. Dolerus leucopodus.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, ore albo. Thorax niger, puncto calloso albo. Abdomen nigrum. Pedes pallidi. Alæ hyalinæ, nervuris nigris.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. Parùm differt *Tenthr. pallipes* Ins. Lig. Fasc. 2, n° 23, tom. 2, pag. 19, cujus diagnosis hæc est : Antennæ caputque nigra. Thorax niger, puncto calloso albo. Abdomen nigrum. Pedes pallidi pellucidi. Alæ hyalinæ, nervuris nigris. Mas et fæmina. In Liguriâ.

* 351. Dolerus testaceipes.

Antennæ, caput, thorax abdomenque nigra. Pedes testacei, posticis apice fuscis, femoribus basi nigris. Alæ nigræ, nervuris nigris.

Mas. V. In agro Campaniensi. Mus. dom. Serville.

* 352. Dolerus luctuosus. F. Fr., pl. 8, fig. 5.

Antennæ, caput, thorax abdomenque nigra. Pedes nigri, tibiis tarsisque 2 anticis pallidè testaceis. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis.

Mas. et fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville et dom. Chevrolat.

* 353. Dolerus pallipes. F. F., pl. 8, fig. 6.

Antennæ, caput, thorax abdomenque nigra. Pedes nigri, tibiis pallidis. Alæ hyalinæ, nervuris testaceis.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. Forsàn Genus Fenusa dom. Leach.

* 354. Dolerus nigritus.

Antennæ, caput, thorax abdomenque nigra. Pedes nigri, tibiis tarsisque 4 anticis anticè albis. Alæ hyalinæ, nervuris nigris.

Mas *Doleri pallipedis?*

Mas. V. In agro Suessionensi. Mus. dom. Serville.

* 355. Dolerus pusillus.

Antennæ, caput, thorax abdomenque nigra. Pedes nigri, tibiis tarsisque fuscis. Alæ fuscæ.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. Forsàn Genus Fenusa dom. Leach.

††† *Doleri spec.* Jur. Fam. 1ª. *Hylotomæ spec.* Fab. Fam. 3ª. *Tenthredinis spec.* Fab. Panz. Ross. Fourcr. Geoffr. Lesk. De Vill. Scop. Schranck. Pal.-Bauv. Gmel. *Dosythæus* et *Dolerus*. Leach.

Cellulæ cubitales 3 : 1ª parva, rotundata; 2ª longissima excipit nervos 2 recurrentes; 3ª apicem alæ attingit.

Mandibulæ quadridentatæ.

Cætera ut in 1ª subdivisione.

Nota. *Dosythæus* Leach., antennarum articulo 3°, 4° longiore: *Dolerus* Leach., antennarum articulis 3°, 4° que æqualibus: hoc, quantùm vidi, in speciebus notavi, eas alterutri generi Leach., dùm potui, referens.

356. Dolerus eglanteriæ. Jurin., pag. 58. — *Tenthredo eglanteriæ*. Ins. Lig. Fasc. 3, n° 28, tom. 2, pag. 155. *Tenthredo pedestris*. Panz., fig. 11. *Hylotoma eglanteriæ*. Fab., n° 18. *Tenthredo melanocephala*. Fourcr., n° 3. Geoff., n° 3.

Antennæ caputque nigra. Thorax rufus, scutello nigro. Abdomen rufum, segmento 1°, 2°, 8ⁱ anique maculâ dorsali nigris. Pedes antici fusco-rufi, postici nigricantes. Alæ fuscæ, nervuris nigris.

Fæmina. In Germaniâ et Galliâ.

Nota. 1°. Dosythæus esset dom. Leach. 2°. Huic fortè affinis est *Tenthredo* Lesk., n° 108, *Tenthredo lutescens* Gmel., n° 125. cujus diagnosis hæc est : Antennæ, caput thoraxque nigra. Abdomen luteo-rufum, suprà basi apiceque nigris. Pedes luteo-rufi.

* 357. Dolerus bajulus.

Antennæ caputque nigra. Thorax subtùs cum lateribus scutelloque et parte sub scutello niger, parte anticâ ferrugineâ et in hâc maculâ nigrâ. Abdomen ferrugineum, segmento 1° nigro. Pedes nigri; femoribus ferrugineis, basi plùs minùsve nigris. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis.

Fæm. V. In Galliâ. Mus. dom. Duponchel.

Nota. Dosythæus esset dom. Leach.

* 358. Dolerus trimaculatus.

Antennæ caputque nigra. Thorax ferrugineus maculis 3 dorsalibus (nullâ scutellari), sternoque nigris. Abdomen ferrugineum, serræ vaginâ ad basim et apicem nigrâ. Pedes nigri. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis. Sic fæmina.

Mas differt : ano subtùs et segmenti 8i lateribus suprà nigro maculatis.

Mas et fæm. V. In Galliâ. Mus. dom. Duponchel. Mas. Mus. dom. Carcel.

Nota. Dosythæus esset dom. Leach.

359. Dolerus germanicus. Jurin., pag. 58. — *Tenthredo germanica*. Fab., n° 18. Ross., n° 721. Panz., fig. 4. Ins. Lig. Fasc. 1, n° 10, tom. 1, pag. 56. Schæff. Icon. Tab. 62, fig. 8 et 9. Lesk., n° 88. De Vill., n° 76. Gmel., n° 68. *Tenthredo fulviventris*. Scop., n° 736. Schranck., n° 679. De Vill., n° 64. Gmel., n° 94.

Antennæ nigræ. Caput nigrum. Thorax suprà anticè usque ad dorsi medium ferrugineus, cætera cum scutello niger. Abdomen ferrugineum, segmento 1° suprà nigro, incisurâ ferrugineâ. Pedes nigri, genubus 4 anticis ferrugineis. Alæ subfuscæ.

Var. Genubus omnibus nigris.

Mas et fæm. V. Passim. Mus. dom. Serville.

Nota. 1°. Dosythæus esset dom. Leach. 2°. Suprà citati Scopolius et Schranckius plures in unicâ diagnosi species comprehendere videntur.

360. Dolerus bicolor. — *Tenthredo bicolor*. Pal. de Bauv., Ins. Afr. et Amer., pag. 96, Tab. 9, hymen., fig. 1.

Antennæ nigræ. Caput nigrum. Thorax ferrugineus, maculis 2 dorsalibus, scutello maculâque sub scutello et sterno nigris. Abdomen ferrugineum. Pedes nigri. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis.

Fæm. V. In Americâ septentrionali. Mus. dom. Serville.

Nota. Dosythæus esset dom. Leach.

* 361. Dolerus ferrugatus. F. Fr., pl. 9, fig. 1.

Antennæ nigræ. Caput nigrum. Thorax cum dorsi lateribus niger, parte solâ anticâ triangulari ferrugineâ. Abdomen pallidè ferrugineum, segmento 1° suprâ nigro, incisurâ fuscâ. Pedes nigri. Alæ hyalinæ, nervuris nigris.

Fæm. V. In agro Suessionensi. Mus. dom. Serville.

Nota. Dosythæus esset dom. Leach.

362. Dolerus thoracinus. — *Tenthredo thoracina*. Pal. de Bauv., Ins. Afr. et Amer., pag. 97, Tab. 9, hymen., fig. 3.

Antennæ nigræ. Caput nigrum. Thorax violaceo-niger, anticâ parte dorsique maculis 2 ferrugineis. Abdomen violaceo-nigrum. Pedes nigri. Alæ subfuscæ.

Fæm. V. In Americâ septentrionali. Mus. dom. Serville.

Nota. Dosythæus esset dom. Leach.

* 363. Dolerus dimidiatus. F. Fr., pl. 9, fig. 2.

Antennæ, caput thoraxque nigra. Abdomen testaceum, segmenti 1i dorso nigro. Pedes nigri. Alæ hyalinæ, nervuris nigris.

Mas. V. Augustæ Suessionum. Mus. dom. Serville.

Nota. Dolerus esset dom. Leach.

* 364. Dolerus geniculatus.

Antennæ, caput thoraxque nigra. Abdomen testaceum, seg-

mento 1° nigro, ano subtùs fusco. Pedes nigri, genubus testaceis. Alæ hyalinæ, nervuris nigris.

Mas. V. In agro Monspeliensi. Mus. dom. Serville.

Nota. Dolerus esset dom. Leach.

365. DOLERUS ERYTHROGONUS. — *Tenthredo erythrogona* Ins. Lig. Fasc. 2, tom. 2, pag. 13, Tab. 2, fig. 8.

Antennæ nigræ. Caput nigrum. Thorax niger, albido subvillosus. Abdomen nigrum, segmentis 2°, 3° 4° que rubris. Pedes 4 antici nigri, genubus rubris; postici 2 rubri, tarsis nigris. Alæ fuscescentes, nervuris nigris.

Mas forsàn. In Liguriâ.

* 366. DOLERUS COTHURNATUS. F. Fr., pl. 9, fig. 3.

Antennæ, caput thoraxque nigra. Abdomen nigrum, segmentis 2°, 3°, 4° 5° que testaceis, 2ⁱ maculâ dorsali nigrâ. Pedes testacei, femorum basi latè nigrâ. Alæ hyalinæ, nervuris fusco-nigris.

Var. Abdominis segmenti 6ⁱ lateribus plùs minùsve testaceis.

Mas. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. Dosythæus esset dom. Leach.

367. DOLERUS TRISTIS. — *Tenthredo tristis?* Fab., n° 50. Panz., fig. 17. *Dolerus tristis?* Jurin., pag. 58.

Antennæ, caput thoraxque nigra. Abdomen nigrum, segmentis 2°, 3°, 4° 5° que testaceis. Pedes 4 antici testacei femorum basi nigrâ; postici 2 omninò nigri. Alæ hyalinæ, nervuris nigris. Sic fæmina.

Mas differt : pedibus omninò nigris.

Var. Mas : abdominis segmento 6° omninò vel ex parte testaceo aut nigro.

Mas et fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. 1°. Dosythæus esset dom. Leach. 2°. Species Fabriciana à nostrâ differt : segmentis abdominis 3° 4° que solis rufis. 3°. Species Panzeriana à nostrâ differt : abdominis segmentis, 2ⁱ apice (sic concludere est ex figurâ, quamvis ipse basim exprimat), 3° 4° que omninò rufis. Sic et à nostrâ et à Fabricianâ specie differt, ita ut vereatur Panzerus ne sit diversa species.

Sint-ne Doleri videant autoptæ. Forsàn ejusdem speciei varietates. 4°. Ex dictis dubia etiam species Juriniana, cum nullâ descriptione constet huic auctori propriâ specierum Fabricianæ et Panzerianæ identitas. 5°. Puncta 2 sub scutello nunc alba, nunc lutea, nunc rufa, nunc concoloria, nullum caracterem efformant, cum in eâdem specie, aut exstent aut deficiant : exsiccos et indè caducos apices trachearum respirationi pupæ aptarum ea existimo. De omnibus speciebus dico.

368. Dolerus abietis. Jurin., pag. 58, excluso Fabricii synonimo. F. Fr., pl. 9, fig. 4. — *Tenthredo abietis*. Panz., fig. 3, exclusis Fabricii, Geoffroyi et Rossii synonimis.

Antennæ, caput thoraxque nigra. Abomen nigrum, segmentis 2°, 3° 4° que omninò ferrugineo-testaceis, 5° ferrugineo-testaceo, lineâ utrinquè ad marginem inferiorem nigrâ. Pedes 4 antici testacei, femorum basi nigrâ, postici 2 nigri. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis. Sic fæmina.

Mas differt : abdominis segmento 2° nigro ; pedibus omnibus estaceis, femorum 2 posticorum basi solâ nigrâ.

Mas et fæmina. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. 1°. Dolerus esset dom. Leach. 2°. *Tenthredo abietis* Fab. à dom. Jurine hic allata, pedibus nigris gaudet. Hinc ab eo dissentimus cum Tenthredo nostra Abietis, n° 103, omninò conveniat. Idem dicendum de Geoffroyi et Rossii Panzerianis synonimis.

* 369. Dolerus rufipes. F. Fr., pl. 9, fig. 5.

Antennæ, caput, thorax abdomenque nigra. Pedes testacei, posticis apice fuscis. Alæ hyalinæ, nervuris nigris.

Var. 1°. Humeris testaceis. 2°. Tibiarum apice tarsisque nigris.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. Dolerus esset dom. Leach.

370. Dolerus gonager. Jur., pag. 58. F. Fr., pl. 9, fig. 6. — *Tenthredo gonagra*. Fab., n° 25. Lesk., n° 102. Gmel., n° 77. *Tenthredo crassa*. Scopol., n° 730. Schranck., n° 659. Panz., fig. 14, fæm. De Vill., n° 54. Gmel., n° 83.

Ins. Lig. Fasc. 1, n° 11, tom. 1, pag. 56. *Tenthredo gonagra*. Panz., fig. 6, mas. *Tenthredo erythrogona*. Schranck., n° 681. De Vill., n° 65. Gmel., n° 93. *Tenthredo geniculata*. Fourcr., n° 31. Geoffr., n° 31.

Antennæ, caput, thorax abdomenque nigra. Pedes femoribus testaceis basi nigris; tibiis nigris basi testaceis : tarsis nigris. Alæ hyalinæ, nervuris nigris.

Mas et fæm. V. Passim. Mus. dom. Serville.

Nota. Dolerus esset dom. Leach.

371. Dolerus niger. Jurin., pag. 58. — *Tenthredo nigra*. Fab., n° 44. Panz., fig. 11. Ross. M., n° 237. Schranck., n° 677. De Vill., n° 44. Gmel., n° 34.

Antennæ, caput, thorax, abdomen pedesque nigra. Alæ hyalinæ, nervuris nigris.

Mas et fæm. V. Passim. Mus. dom. Serville.

Nota. Dolerus esset dom. Leach.

372. Dolerus opacus. Jurin., pag. 58, pl. 6. F. Fr., pl. 9, fig. 7. — *Tenthredo opaca*. Fab., n° 42. Panz., fig. 10. De Vill., n° 83. Gmel., n° 79. Ins. Lig. Fasc. 1, n° 17, tom. 1, p. 58. *Tenthredo hæmatodes*. Schranck., n° 678. De Vill., n° 63. Ross. M., n° 240. Gmel., n° 92.

Antennæ caputque nigra. Thorax niger, humeris latè ferrugineis. Abdomen nigrum. Pedes nigri. Alæ hyalinæ, nervuris nigris.

Fæm. V. In agro Parisiensi. Mus. dom. Serville.

Nota. Dolerus esset dom. Leach.

373. Dolerus unicolor. — *Tenthredo unicolor*. Pal. de Bauv., Ins. Afric. et Americ., pag. 97, Tab. 9, hymen., fig. 2.

Antennæ nigræ. Caput, thorax, abdomen pedesque cœruleo-nigra. Alæ hyalinæ, nervuris fuscis.

Mas. V. In Americâ septentrionali. Mus. dom. Serville.

Nota. Dolerus esset dom. Leach.

Tenthredinetæ incertæ sedis. Dubium enim est an sint antennis articulis numerosis an antennis articulis 9.

374. TENTHREDO COMPRESSICORNIS. Fab., n° 46.

Antennæ pubescentes, compressæ, nigræ. Caput, thòrax abdomenque nigra. Pedes rufi. Alæ hyalinæ.

Sexus latet. In Daniâ.

375. TENTHREDO CROCEA. Fab.

Antennæ nigræ. Caput croceum, vertice nigro. Thorax croceus maculis 3 (dorsalibus, nullâ scutellari?) nigris, anteriore majore. Abdomen suprà nigrum, subtùs croceum. Pedes crocei. Alæ hyalinæ.

Sexus latet. In agro Parisiensi.

Nota. Huic affinis videtur *Tenthredo crocea* Fourcr., n° 2, De Vill., n° 90, cujus diagnosis hæc est : Antennæ nigræ. Caput croceum, oculis nigris. Thorax croceus. Abdomen croceum, serrâ nigrâ. Pedes crocei. Alæ fuscæ, puncto marginali luteo.

376. TENTHREDO CERASI. Fab., n° 57. Fourcr., n° 32. Scop., n° 735. De Vill., n° 30. Ross., n° 727. Gmel., n° 20. Geoffr., n° 32. — *Tenthredo flavipes*. Schranck., n° 686.

Antennæ caputque nigra. Thorax niger, scutello flavo. Abdomen nigrum. Pedes flavi.

Sexus latet. In Galliâ. Larva in Ceraso victitat.

Nota. 1°. Citatus Geoffroyus differt : Scutello nigro. Alæ fuscæ, costâ nigrâ. Var. 1°. Pedibus 4 anticis nigris. 2°. Tertiâ parte minor. Larva in Ulmo victitat. 2°. Citatus à Fabricio Reaumurius, Tab. 6, fig. 1-5, nec genere nec classe convenit. 3°. Citatur à Geoffroyo Reaumurius, Tab. 12, fig. 1-5, at descriptione nullâ datâ nec figurâ coloratâ, dùm larva in Pyro victitet, maximè incertum synonimum. 4°. Figura 6ª Tabulæ 12ª Reaumurii sola forsàn *Tenthredini cerasi* convenit, cùm hujus imaginis larva victitet in Ceraso. 5°. Nostris diversis diversique generis speciebus in multis, nulli tamen ex omni parte similis est hæc species ulteriùs accuratè describenda. 6°. Sub nomine *Tenthredinis cerasi* Linn., De Geerus describit *Tenthredinem* (*Tenthredo limacina* De G. Retz., n° 313), n° 23, cujus diag-

nosis hæc est : Nigra, subviolacea. Pedes fusci. Alæ subfuscæ, nervuris nigris. Antennæ articulis subglobosis, setaceæ. 7°. *Tenthredo cerasi* Fab., Voyag. en Norw., Paris, 1802, pag. 58, alarum puncto marginali luteo.

377. Tenthredo segmentaria. Fab.

Antennæ caputque nigra. Thorax niger. Abdomen nigrum, segmentis margine albis. Pedes nigri, tibiis albis.

Sexus latet. In Italiâ.

378. Tenthredo sulphurea. Fab., n° 40.

Antennæ subpubescentes nigræ. Caput nigrum, ore flavo. Thorax et abdomen omninò flava. Pedes flavi, tarsis nigris. Alæ subhyalinæ, costâ nigrâ, puncto marginali flavo.

Sexus latet. In Americâ.

379. Tenthredo rapæ. Fab., n° 35. Lesk., n° 119.

Antennæ caputque nigra. Thorax niger, scutello albido. Abdomen suprà nigrum, subtùs albidum. Pedes albidi.

Sexus latet. In Sueciâ.

380. Tenthredo betulæ. De G. Retz., n° 308. De G., n° 15. De Vill., n° 85.

Antennæ, caput et thorax nigra. Abdomen pedesque flava.

Sexus latet. In Sueciâ.

381. Tenthredo alneti. Schranck., n° 673. De Vill., n° 62. Gmel., n° 91.

Antennæ flavæ. Thorax fulvus. Abdomen suprà nigrum, segmenti 2[i] margine flavo; subtùs et lateribus flavum. Pedes fulvi.

Sexus latet. In Austriâ.

382. Tenthredo laserpitii. — *Tenthredo montana*. Scop., n° 724. De Vill., n° 67.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, labro flavo, palpis albidis. Thorax niger, humeris flavis. Abdomen nigrum, segmento 1° maculâ utrinquè et incisurâ flavis; ano suprà subtùsque albo. Pedes flavi. Sic fæmina.

Mas differt : labro albo; thorace nigro, maculis duabus sub scutello albidis : pedibus pallidioribus.

Mas et fæm. In copulâ capti : Scop. loco citato. In Idriensibus montibus.

383. TENTHREDO TENUIS. — *Tenthredo cingulata*. Scopol., n° 726. De Vill., n° 69.

Antennæ caputque nigra. Thorax niger, punctis binis sub scutello flavis. Abdomen nigrum; segmentis 1i incisurâ, 5° que toto suprà subtùsque, flavis. Pedes nigri, tibiis rufis, femoribus posticis suprà flavis.

Sexus latet. In Carniolâ.

384. TENTHREDO IDRIENSIS. — *Tenthredo signata*. Scopol., n° 733. De Vill., n° 70.

Antennæ caputque nigra. Thorax niger, punctis 2 sub scutello flavis. Abdomen nigrum. Pedes nigri, coxis posticis albo maculatis, tibiis anticis posticisque flavescentibus. Alæ hyalinæ, costâ fuscâ.

Sexus latet. Circà Idriam.

385. TENTHREDO IMPURA. Scop., n° 737. De Vill., n° 71.

Antennæ nigræ, articulis 3 ultimis rufis. Caput, thorax abdomenque nigra. Pedes nigri, tibiis tarsisque rufis, femoribus posticis longioribus crassioribusque. Alæ apice fuscæ, costâ rufâ.

Sexus latet. In Carniolâ.

386. TENTHREDO ASTROITES. Fourcr., n° 35. De Vill., n° 103.

Nigra, humeris, scutello tibiisque luteis.

Sexus latet. In agro Parisiensi.

387. TENTHREDO PERLATA. Fourcr., n° 37. De Vill., n° 104.

Nigra, scutello flavo, pedibus abdominisque medio ferrugineis, tarsis posticis albo maculatis.

Sexus latet. In agro Parisiensi.

Nota. Hujus varietas esse videtur *Tenthredo palmata* Fourc., n° 36, De Vill., n° 105, quæ differt tantùm humeris flavis et tarsis posticis omninò albis.

388. TENTHREDO APICARIS. Fourcr., n° 38. De Vill., n° 106.

Ferruginea, oculis nigris, scutello flavo.

Sexus latet. In agro Parisiensi.

389. TENTHREDO THORACICA. Fourcr., n° 39. De Vill., n° 107

Nigra, scutello maculisque sub scutello albis, pedibus ferrugineis.

Sexus latet. In agro Parisiensi.

390. TENTHREDO VIRGATA. Fourcr., n° 12. De Vill., n° 96. Geoffr., n° 12.

Antennæ nigræ, basi luteâ. Caput nigrum, labro luteo. Thorax niger, humeris latè et aliquandò scutello luteis. Abdomen nigrum, segmentis omnibus, 2°, 3° 5°que exceptis luteo marginatis. Pedes lutei, femoribus apice tarsisque nigris. Alæ subfuscæ, costâ testaceâ.

Sexus latet. In agro Parisiensi.

391. TENTHREDO ALNI. Fab., n° 12. Lesk., n° 112. De Vill., n° 39. Schæff. Icon., Tab. 110, fig. 6 et 7. Gmel., n° 29. Reaum., tom. 5, Tab. 11, fig. 1 et 2.

Antennæ nigræ. Caput thoraxque ferruginea. Abdomen nigro-violaceum. Pedes antici testacei, postici nigri.

Sexus latet. In Germaniâ et Galliâ.

Nota. Reaumurii synonimum, tom. 5, Tab. 1, fig. 1, omninò menda typographica est. Voluit afferre celeberr. Fabricius Tabulam 11, fig. 1 et 2. At hæc citatio quæ sola convenire potest, etiam dubia est, cum nulla adsit in Reaumurio imaginis in figurâ non coloratæ descriptio.

392. TENTHREDO PADI. De Vill., n° 29. Ross. M., n° 236. Gmel., n° 19.

Antennæ, caput, thorax abdomenque nigra. Pedes albi, tarsis præsertim posticis nigris. Alæ glaucæ, puncto marginali nigro.

Sexus latet. In Galliâ.

393. TENTHREDO SCHRANCKII. — *Tenthredo ferruginea.* Schranck., n° 650. De Vill., n° 52. Gmel., n° 82.

Antennæ nigræ, albo annulatæ. Thorax pectore verticeque nigris. Corpus saturatè ferrugineum.

Sexus latet. In Austriâ.

394. Tenthredo dealbata. Schranck., n° 671. DeVill., n° 61. Gmel., n° 90.

Antennæ nigræ. Caput nigrum. Thorax niger, humeris albis. Abdomen nigrum, suprà segmentis omnibus lateribus latè albo marginatis; subtùs cingulis aliquot albis. Pedes ferruginei; femora basi nigra, postica crassa, alba. Alæ hyalinæ.

Sexus latet. In Austriâ.

395. Tenthredo tibialis. DeVill., n° 109.

Antennæ, caput, thorax abdomenque nigra. Pedes nigri, tibiis posticis luteo-albis. Alæ luteo-fuscæ.

Sexus latet. In Europâ.

396. Tenthredo annularis. DeVill., n° 110.

Antennæ nigræ, basi virescentes. Caput nigrum, labio viridi. Thorax niger, lateribus et maculis in apice magnis viridibus. Abdomen suprà segmentis omnibus incisurâ nigris, margine viridibus; subtùs albo-virescens. Pedes posticè elongati suprà nigri, infrà virescentes.

Sexus latet. In Europâ.

Nota. Huic affinis et fortè sexus alter *Tenthredo semiannularis* DeVill., n° 111, cujus diagnosis hæc est : Minor *Tenthredine annulari* cui affinis, sed thorax niger. Incisuræ abdominis suprà segmentis viridibus in medio oneratæ : subtùs maculæ curvæ virides longitudinaliter et lateraliter in duplici serie digestæ.

397. Tenthredo Scopolii. — *Tenthredo atra*. Scop., n° 729.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, ore flavo. Thorax niger, lineâ flavâ à basi alæ superioris ad apicem thoracis utrinquè productâ. Abdomen nigrum. Pedes ferruginei. Alarum anticarum basis ferruginea, costâ nigrâ.

Sexus latet. In Carniolâ.

Nota. 1°. Multùm differre videtur *Tenthredo atra* Schranck., n° 660, quam nulli nobis notæ referimus et cujus diagnosis hæc est : Antennæ nigræ. Caput nigrum. Thorax niger, maculâ dorsali ante scutellum, scutello ipso aliâque infrà scutellum, maculâ et puncto ad latus fulvis. Abdomen nigrum. Ante alas nulla

macula flava. Hinc rejiciendum à Schranckio allatum Scopolii synonimum. 2°. Geoffroyus, n° 25, à Schranckio hùc malè allatus, *Tenthredini atræ* nostræ et Fabricianæ convenit.

398. Tenthredo fulvipes. Scop., n° 728.

Antennæ suprà nigræ, subtùs fulvæ. Caput nigrum, labro, palpis, mandibularum basi, orbitâque oculorum pallidè luteis. Thorax niger, humeris punctisque 2 sub scutello flavis. Abdomen lineâ luteâ laterali, segmentis 3°, 4°, 5° 6ique dimidiâ parte fulvis subpellucidis. Pedes flavi, tarsis nigris. Alæ hyalinæ, puncto marginali fusco.

Sexus latet. In Europâ.

Nota. Diversa videtur, ad *Tenthredinem* Scopolii cum dubio à Gmelino relata *Tenthredo rufipes* Linn., Faun. Suec., De Vill., n° 34, Gmel., n° 34, cujus diagnosis hæc est : Antennæ nigræ. Caput nigrum, labio flavo. Thorax niger. Abdomen nigrum, cingulis duobus, priore fulvo, posteriore flavo. Pedes fulvi, tarsis nigris, tibiisque posticis basi nigris.

Sexus latet. In Bressiæ sylvis.

399. Tenthredo rufipectus. De G. Exot., n° 3. De G. Retz., n° 316.

Nigra, thorace lateribus subtùsque rufo. Alæ fuscæ, nervuris fuscis De G., rubris De G. Retz. Antennæ villosæ.

Var. Thorace etiam suprà rufo.

Sexus latet. In Surinamo.

400. Tenthredo multicolor. Fourcr., n° 19. Geoffr., n° 19.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, labro luteo. Thorax niger, humeris scutelloque luteis. Abdomen nigrum, segmentis 7° 8° que et ano luteo maculatis, 3° 4° que testaceis. Pedes ferruginei, femorum basi luteâ; postici tibiarum basi tarsisque nigris. Alæ hyalinæ.

Sexus latet. In agro Parisiensi.

401. Tenthredo litterata. Fourcr., n° 21. Geoffr., n° 21.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, labro luteo. Thorax niger, apice punctis luteis ornato. Abdomen testaceum, segmentis

primis baseos nigris. Pedes testacei. Alæ hyalinæ, nervuris nigris. Sic fæmina.

Mas differt : antennis testaceis; orbitâ oculorum luteâ; thorace anticè luteo maculato, subtùs luteo; abdomine toto testaceo.

Mas et fæm. In agro Parisiensi.

402. TENTHREDO FLAVIPES. Fourcr., n° 26. Geoffr., n° 26.

Antennæ nigræ, articulis 2 baseos luteis. Caput nigrum, labro luteo. Thorax niger, humeris luteis. Abdomen nigrum, segmentis 1i incisurâ luteâ, 3°, 4° 5°que testaceis, 8° anoque luteo maculatis. Pedes lutei, tarsis apice nigris. Alæ hyalinæ, puncto marginali luteo fusco.

Sexus latet. In agro Parisiensi.

403. TENTHREDO SUBFUSCA. — *Tenthredo rufipes*. Fourcr., n° 27. Geoffr., n° 27.

Antennæ, caput thoraxque nigra. Abdomen nigrum, segmentis 3°, 4° 5°que testaceis. Pedes testacei, tarsis fuscis. Alæ subfuscæ, margine exteriori nigro.

Fæmina. In agro Parisiensi.

404. TENTHREDO BIMACULATA. Fourcr., n° 16. Geoffr., n° 16.

Antennæ caputque nigra. Thorax niger, humeris testaceis, scutellique maculis 2 albis. Abdomen nigrum, segmentis 2°, 3°, 4° 5°que testaceis. Pedes 2 antici testacei, postici 4 nigri. Alæ hyalinæ, nervuris nigris.

Sexus latet. In agro Parisiensi.

405. TENTHREDO MELANOCHRA. Gmel., n° 117. Lesk., n° 100.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, ore flavo. Thorax abdomenque nigra. Pedes 4 antici flavi; postici 2 nigri, coxis apice flavis.

Sexus latet. In Europâ.

406. TENTHREDO SANGUINOLENTA. Gmel., n° 110. Lesk., n° 87.

Antennæ, caput, thorax abdomenque nigra. Pedes 4 antici nigri, postici 2 sanguinolenti.

Sexus latet. In Europâ.

407. Tenthredo varicornis. Gmel., n° 119. Lesk., n° 103.

Antennæ nigræ, articulis 4° 5°que albis. Caput, thorax abdomenque nigra. Pedes rufi, tibiis posticis basi albis.

Sexus latet. In Europâ.

408. Tenthredo relicta. — *Tenthredo obscura*. Gmel., n° 120. Lesk., n° 104.

Fusca. Pedes testacei. Alarum costa usque ad punctum marginalem testacea.

Sexus latet. In Europâ.

409. Tenthredo flaviventris. Gmel., n° 128. Lesk., n° 110.

Antennæ nigræ. Caput nigrum, ore albo. Thorax niger. Abdomen flavum, dorso apiceque nigris. Pedes testacei.

Sexus latet. In Europâ.

410. Tenthredo picea. Gmel., n° 129. Lesk., n° 111.

Antennæ, caput, thorax abdomenque nigra. Pedes antici picei, tibiis anticè albis; postici rufi, femoribus basi albis : geniculis plantisque nigris.

Sexus latet. In Europâ.

411. Tenthredo Leskii. Lesk., n° 116. — *Tenthredo bimaculata*. Gmel., n° 131.

Caput pallidum, oculis nigris. Thorax pallidus, maculis 2 sternoque nigris. Abdomen pallidum basi suprà nigrum.

Sexus latet. In Europâ.

412. Tenthredo annulicornis. Gmel., n° 133. Lesk., n° 117.

Antennæ pallidæ, basi nigro annulatæ. Caput pallidum, vertice figurâ ramosâ oculisque nigris. Thorax pallidus, dorso maculis 2 paribus nigris. Abdomen pallidum, punctis (in cingulo segmento?) paribus nigris. Pedes pallidi.

Sexus latet. In Europâ.

413. Tenthredo atrata. Forst. Gmel., n° 61.

Antennæ exarticulatæ, extrorsùm crassiores. Atra, dorso cingulo arcubusque tribus flavescenti-viridibus. Pedum geniculi tibiæque flavi. Tarsi flavi, apice rufi. Alæ ferrugineæ.

Sexus latet. In Angliâ.

Nota. Si rectè describuntur antennæ, Hylotoma est.

Hymenoptera generi *Tenthredo* ab auctoribus referta, in quo militare debere non videntur.

414. Tenthredo cynipiformis. Mayer, Gmel., n° 69.

Viridi-ænea; thorace elongato; pedibus fulvis, femoribus posticis æneis. Sic mas.

Fæmina differt : cœruleo-ænea.

Mas et fæmina. In Germaniâ.

Nota. Cynipem refert! Habitat in viciæ leguminibus! Color metallicus!

415. Tenthredo scutellata. De Vill., n° 138.

Parva et crassa. Antennæ, caput, abdomen femoraque posteriora nigra. Thorax ruber prolongatus ut Cimicibus scutellatis, acuminatus, acumine nigro. Pedes thoraci concolores exceptis femoribus posticis.

Sexus latet. In Galliâ.

Nota. Forsàn *Erania Ediogaster* Ross. Klug., Berl. Mag. 1808, pag. 283.

416. Tenthredo ochrogustes. Gmel., 138. Lesk., n° 123.

Caput, thorace, abdomine, dorso, basi anoque piceo, abdomine pedibusque flavis.

Sexus latet. In Europâ.

Nota. Sensus hujus diagnosis omninò latet.

417. Tenthredo angusta. Gmel., n° 124. Lesk., n° 107.

Nigra, corpore angusto, cano pubescente.

Sexue latet. In Europâ.

418. Tenthredo canescens. Gmel., n° 112. Lesk., n°° 94 et 95.

Fusca, cano pubescens, alis griseis.

Var. (Lesk., n° 95.) Thorace utrinquè ante alas (humeris?) rufo.

Sexus latet. In Europâ.

419. TENTHREDO DORSIGERA. Ross., n° 733.

Antennis 7-nodiis, nigra, abdomine medio ferrugineo, apice superiùs aculeato.

Nota. Certè non hujus familiæ. Sed cui referenda? Videant autoptæ.

FINIS.

INDEX

SPECIERUM ET SYNONIMORUM

ALPHABETICUS.

18

FINIS INDICIS.



